



Universitätsbibliothek Paderborn

Cvrsvs Theologici ...

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et
Varietas Patitvr ...

Quas Secunda Secundæ Et Tertia Pars Divi Thomæ Complectitvr -
Qvæstiones Insvper Ad Mores, & praxim spectantes, maximè circa
Sacramenta, accuratè declarantur

Carleton, Thomas Compton

Leodii, 1664

Disputatio XLV. De aptitudine puræ creaturæ ad reparandum hominem
lapsum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13826

III. Nihil obstat quod haec vox rigorosa iustitia à Scripturâ, & Patribus directè non usurpetur, sicut nec negatur, ex modo tamen, quo Christi satisfactio- nem prædicant, & extollunt, quoad rem ipsam satis eam indicant, sicut multa, quæ ab Ecclesiâ traduntur, eo nomine in Scripturis non traduntur, ut transubstantiatio, & similia. Quam au- tem æquum sit tot Scripturæ testimonia, ubi &

Unde licet hæc vox rigorosa iustitia à Scripturâ, & Patribus directè non usurpetur, sicut nec negatur, ex modo tamen, quo Christi satisfactio- nem prædicant, & extollunt, quoad rem ipsam satis eam indicant, sicut multa, quæ ab Ecclesiâ traduntur, eo nomine in Scripturis non traduntur, ut transubstantiatio, & similia. Quam au- tem æquum sit tot Scripturæ testimonia, ubi &

Dei ad hominem, & hominis ad Deum iustitiâ disertis verbis astruitur, ob unum vel alterum Aristotelis locum, ad sensus metaphoricos de- torquere; quibus iudicet. Mihi certè quovis potius modo explicandus videretur Aristoteles, quam ut vel uni Scripturæ apici vis minima inferatur.

DISPUTATIO QUADRAGESIMA QUINTA.

De aptitudine puræ creaturæ ad reparandum hominem lapsum.

SECTIO PRIMA.

Utrum pura creatura possit alteri mereri gratiam de condigno?

I. Quid sit per puram creaturam intel- ligatur.



ER puram creaturam non intelli- gimus eam, quæ est in purâ naturâ, seu quæ omnibus auxiliis gratiæ est destituta, sed eam, quæ ita est creatura, ut non sit Deus.

Querimus itaque, Utrum homo, qui non esset unitus hypostaticè personæ alicui divinæ, instructus tamen gratiâ tum habituali, tum etiam excitante, & adjuvan- te, possit vel primam gratiam habituales alicui in purâ naturâ, vel augmentum gratiæ existenti in gratiâ mereri de condigno, ita ut Deus, in- tuitu meritorum hujus Angeli vel hominis, teneatur ei pro quo merita sua offert, gratiam conferre.

II. Ratio cur quidam ne- gant posse puram crea- turam me- reri alteri gratiam.

Pater Vasquez hic, disp. 4. cap. 5. disputans utrum pura creatura reparare possit genus hu- manum, ideo id repugnare affirmat, quia non potest pura creatura mereri aliquid alteri de condigno, sed solum sibi, gratia enim habitualis, inquit, quæ est radix meriti de condigno, ordi- natur tantum ad perficiendum proprium subje- ctum, & consequenter per illam mereri nemo quidquam potest, nisi sibi: Hanc etiam ratio- nem aliqui amplectuntur ex recentioribus.

III. Gratia, alia justificationis, alia san- ctificationis.

Notandum primò, gratiæ collationem in di- versis circumstantiis diversam rationem præmiû constituit, collata enim peccatori, quæ vocatur gratia justificationis, majus beneficium est, cum includat etiam remissionem peccati, quam, vel augmentum gratiæ collatum iusto, vel prima gra- tia homini in purâ naturâ existenti concessa, quæ vocatur gratia sanctificationis. Quæstio autem in præfenti procedit de gratiâ in hoc secundo sen- su accepta.

IV. Non est ada- quate idem actum esse

Notandum secundò, ex Patre Suarez lib. 12. de Gratia, cap. 16. num. 4. esto omnis actus meritorius sit laudabilis, non tamen esse idem,

R. P. Comptoni Theol. Scholast. Tom. II.

adæquatè actum esse laudabilem & meritorium. Primò, quia tunc præmiû illius adæquatam ef- fet laus, cum dignitati laudis laus correspondeat pro præmiû, meritis tamen aliquid aliud com- munitè datur à laude distinctum: Secundò, quia laudabilitas non est respectu hujus vel illius per- sonæ in particulari, sed cujusvis secundum re- ctam rationem judicantis, meritum verò est res- pectu determinatæ alicujus personæ, apud quam quis meretur. Unde Sanctus Thomas 1. 2. q. 21. art. 2. & 3. distinguit in actu bono esse merito- rium, & esse laudabilem, & ubi definiit esse lau- dabilem, ulterius quærit utrum sit meritorium.

Laudabilem, & esse meri- torium.

Laudabili- tas operis est respectu cu- juscunque, non sic me- ritum.

V. Quid sit meritum in actu primo.

Notandum tertio, Quid sit meritum in actu primo, nempe opus aptum ad obtinendum ali- quod præmiû, quod proinde vim habet mo- vendi eum cui exhibetur ad aliquid retribuendum. Meritum verò aliud est de condigno, quod meritum simpliciter vocatur, seu ex iustitiâ, cum il- lius præmiû in Scripturis vocetur merces, co- rona, stipendium, &c. Aliud de congruo, quod meritum dicitur secundum quid, & ex quadam tantum decentiâ. Ut actus sit meritorius gratiæ de condigno variæ requiruntur conditiones, nempe ut sit positivus, bonus, supernaturalis, æqua- lis præmiû, quibus additur alia à nonnullis, ut scilicet ex constitutione præmiantis ordinetur ad præmiû. In quibusdam ex his conditionibus convenit meritum congruum cum condigno, nempe in eo quod requirat entitatem positivam, libertatem & bonitatem, deficit verò à condig- nitate, si vel non sit æqualis valoris cum præmiû, vel remunerantem non obliget ad retribuendum.

Meritum, aliud est de condigno, seu simpliciter, aliud de congruo, seu secundum quid.

VI. Potest homo purus mere- ri gratiam alteri divi- nitus.

Probabilius ergo mihi videtur cum Patre Sua- rez lib. 12. de Gratia, cap. 16. posse per divi- nam potentiam hominem purum, saltem in ter- mino suæ sanctitatis & gratiæ constitutum mereri vel augmentum gratiæ alteri in gratiâ existenti, vel primam gratiam homini in purâ naturâ con- stituto. Ratio est; quia nulla in hoc apparet implicantia. Primò enim si habeat omnem san- ctitatem & gratiam sibi debitam, non est contra Charitatem propriam, ut merita sua alteri appli- cet, hoc namque faciendo, nullâ parte perfectionis & beatitudinis

Tom. II.

& beatitudinis propriae privatur, tunc enim non potest augere suam gratiam de potentia ordinaria, sicut nec Christus auxit suam, quem tamen dicunt auctores, si non habuisset omnem plenitudinem gratiae, potuisse mereri augmentum gratiae sibi.

VII. *Meritis ostenditur posse aliquem mereri gratiam alteri.*

Gratia, quae naturaliter perficit proprium subiectum, divinitus tamen perficere potest alienum.

VIII. *Dices: Haec est inordinata & imprudens Charitas, meritoque a Deo rejicienda.*

Ostenditur Charitatem hanc non esse inordinatam.

IX. *Peccatum unius potuit aliis nocere, ergo & gratia prodesse.*

Adami peccatum respectu amissionis gratiae in posteris non fuit conditio meriti disparata.

Secundò: Quidni potest Deus excellentem aliquem gradum gratiae, ad quem hominem, vel Angelum praedestinavit, conferre eidem in primo instanti creationis, & cum eo pacisci, ut opera sua omnia ad bonum aliorum applicet. Dices: Gratia non est semen gloriae, nec praemii, nisi in ordine ad proprium subiectum. Respondedo, esse semen gloriae sub disjunctione, hoc est vel sibi, vel aliis; licet enim magis connaturaliter fortè petat perficere proprium subiectum, non tamen est cur, saltem ubi proprium subiectum est plenum, non possit divinitus mereri perfectionem alterius, sicut Sol si privaretur lumine, primò per emanationem produceret lucem in se, deinde in aliis subiectis. Quod argumentum magis urget, si statuatur homo ille comprehensor quoad animam, sicut fuit Christus, & viator solum quoad corpus.

Tertio: Potest gratia habitualis esse radix, ut homo purus satisfaciat pro pena temporali alterius, ergo & ad merendum ei gratiam, si ad hunc effectum applicetur. Dices: Per satisfactionem nihil deperdere hominem gratiae, & consequenter nec gloriae essentialis, imo majorem acquirit, at si mereatur alteri gratiam, debet aliquid illius, quam meretur illi dare, & quasi cum altero praemium illud partiri, quae tamen est inordinata charitas, & ut imprudens merito a Deo rejicienda. Sed contra: Nam subiectum, ut supponimus, habet totam plenitudinem gratiae sibi de potentia ordinaria debitam, ergo nihil hic inordinatum. Deinde, si gratia potest esse radix satisfactionis alteri, quidni & meriti respectu gratiae, cum opera sint aequalis valoris cum illo praemio, & jam expedita ad merendum alteri; haec enim est natura gratiae, ut primò sit radix meriti respectu sui subiecti, quamdiu subiectum non habet plenitudinem gratiae, deinde respectu aliorum, si applicentur ad eum finem merita.

Quartò: Sicut gratia est semen gloriae proprio subiecto, ita peccatum est semen poenae proprio subiecto, & tamen divinitus fieri potuit, ut per demeritum unius hominis omnes perderemus gratiam, ita ut condignè illius privationem nobis meruerit, ergo poterit etiam divinitus fieri, ut homo purus alteri gratiam condignè mereatur; cur enim sicut purus homo potuit nobis nocere, non poterit similiter prodesse. Dices, Adamum non proprie meruisse nobis privationem gratiae, sed solum exegisse Deum illius perseverantiam ut conditionem, qua posita transfudisset in ejus posteros gratiam. Sed contra: Non enim exigebat Deus illam ut conditionem disparatam, quasi diceret, si Sol cras oriatur, aut aliud ejusmodi, transfundam gratiam, sed ut conditionem habentem connexionem & proportionem cum illo effectu, ergo gratia divinitus potest esse principium merendi alteri.

SECTIO SECUNDA.

Argumenta contententia non posse puram creaturam mereri alteri gratiam de condigno.

DICES, gratia petit connaturaliter praemium proprio subiecto, & hic ordo est ab illa inseparabilis, ergo semper merebitur augmentum gratiae & gloriae proprio subiecto. Sed contra: Hoc namque argumentum probaret etiam Christum meruisse sibi augmentum gratiae & gloriae, quod tamen falsum est. Respondetur itaque, gratiam habitualement tunc connaturaliter petere augmentum gratiae proprio subiecto, quando non habet omnem plenitudinem gratiae sibi debitam, quando autem habet, non petit, ut probat exemplum Christi Domini.

Dices secundò: Cur non potest in moralibus reperiri forma, quae connaturaliter exigit aliud, seu praemium, sicut reperitur in physicis, calor enim ut octo petit ignem, &c. Contra: Quidni ergo in moralibus dari poterit forma, quae essentialiter exigit praemium, sicut in physicis cernitur essentialis haec exigentia in modis, quod tamen non admittunt auctores hujus sententiae. Admitto itaque pro praesente actus meritorios petere connaturaliter praemium suo subiecto, quamdiu non habet plenitudinem gratiae, ubi autem subiectum est plenum, tunc possunt a Deo ordinari & applicari a merente ad gratiam merendam alteri, ad hoc enim sufficit esse aequalis valoris & dignitatis cum praemio dando, esto non sit peculiaris illa inclinatio, & habitudo, quae fortè est ad beatitudinem proprii subiecti. Unde licet gratia respectu praemii & gloriae proprii subiecti, habeat peculiarem habitudinem intrinsecam, haec tamen non est de conceptu meriti de condigno.

Ad meritum itaque condignum praemii sufficit, quod res illa proponatur ut praemium meritis alicujus, sicut ut currentes in stadio merentur bravium, satis est rem illam a supremo gubernatore propositam esse ut praemium vincensibus, sive cursus ex se habeat peculiarem cum illo connexionem, sive non. Et sicut in multis, etiam juxta adversarios non sufficit entitas operis, vel meriti, sed ulterius requiritur applicatio operantis, ut constat in meritis Christi, & etiam justorum respectu diversorum praemiorum possibilem, ita quidni, in quibusdam saltem, requiri poterit ordinatio divina. Quod autem in meritis sit aequalitas valoris cum praemio patet, nam sunt aequalis valoris cum praemio merentis sibi, sed praemium illius, & praemium alterius, sive illud gratia sit, sive gloria, est ejusdem valoris, ergo; quod enim est aequale uni ex aequalibus est aequale alteri. Nec urget ratio, qua utitur Vasquez, nempe opera unius justii de facto non merentur gratiam alteri, ergo nec possunt divinitus, nulla est consequentia, sicut opera poenalia unius justii habent valorem condignum ad satisfaciendum pro poena temporali alterius, & tamen potest Deus non acceptare satisfactionem unius pro altero.

Addo ulterius, videri ad meritum de condigno etiam respectu proprii subiecti requiri ordinationem divinam. Primò, quia praemium nostrorum meritorum passim vocatur, merces, stipendium,

I. *Objic. Gratia semper meretur et naturaliter praemium proprio sub. jecto.*

II. *In omnibus equiparari nequam moralia cu physicis.*

Vbi propriu subiectum est plenum, potest gratia a Deo ordinari ad merendam gratiam alium.

III. *Ad meritum de condigno sufficit, quod praemium meritis alicujus proponatur.*

Quod est aequale uni ex aequalibus, est aequale alteri.

IV. *Ad meritum de condigno requiritur ordinatione aliqua divina.*

stipendium, bravium, &c. quæ voces significant contractum justitiæ, & promissionem, sicque meritum condignum est meritum justitiæ. Unde Deus in retributione vocatur justus Judex, quod si per vocem *justus* intellexisset Apostolus idem quod fidelis, certè usque illa voce fuisset, ut notat optimè Pater Suarez, & non improprissimè sine ullâ necessitate locutus fuisset, cum potuisset loqui propriè: & quæro, si voluisset Spiritus Sanctus in Scripturis significare propriam justitiam Dei erga hominem, quibus verbis id clariùs exprimere potuisset, quàm sint illa, quæ hic & superius attulimus.

Per vocem *justus*, non nisi improprissimè intelligitur. fidelis.

V. Unde Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 16.

sic habet: *Benè operantibus usque in finem proponenda est vita aeterna, & tanquam gratia filius Dei per Christum IESUM misericorditer promissa, & tanquam merces ex ipsius Dei promissione bonis operibus & meritis fideliter reddenda: ubi vox fideliter non excludit justitiam, sed accipitur prout generalis est omni promissioni, ut advertit Suarez elect. de liber. Dei, disputat. 1. num. 49. Unde statim subdit Concilium: Hac est enim illa corona justitiæ, quam post suum certamen & cursum repositam sibi aiebat apostolus à justo iudice sibi reddendam. & alibi addit idem Concilium: Tanta est Dei erga homines bonitas, ut nostra merita velit esse dona sua, ergo potuisset hoc non velle, cum juxta Concilium ex merâ suâ bonitate id velit, sicque meritum dicit contractum, & consequenter obligationem justitiæ.*

Ex Concilio Tridentino ostenditur vitam aeternam reddi benè operantibus tanquam mercedem.

Est etiam juxta Concilium corona justitiæ post certamen danda.

VI.

Dices, vocari justitiam, quia servat Deus proportionem meriti cum præmio ex debito quodam & exigentiâ connaturalitatis, sicut homo exigit duos oculos, & ignis calorem, aqua frigus, &c. Sed contra primò: Nam durum videtur asserere non alio modo deberi homini mercedem ex contractu laboris & meriti æqualis pactam, quàm duos oculos, cum omnia hic ad verum contractum justitiæ intercedant. Contra secundò: Ita debetur merces operibus justorum, ut esset injustus Deus si eam non conferret, & tamen injustus non esset si negaret homini duos oculos. Deinde non est hic sola fidelitas, quia quod ex eâ datur, est gratuitum, nec enim non gratuito nobis dedit filium suum, licet eum antea promississet, & ex fidelitate dare tenebatur. Tandem non est gratitudo, tum quia non cadit in Deum, tum quia quod debetur ex gratitudine, non debetur ex pacto, quod tamen hic contingit.

Hæc exigentiâ meriti respectu gloriæ non est merces quædam tantum connaturalitatis.

VII.

Quòd verò ad meritum requiratur promissio aliqua, vel ordinatio ostenditur, quia merita Christi ex se erant abundè sufficientia ad merendam gratiam & gloriam Angelis, quod ergo eam Christus non meruerit in actu secundo sola reddi ratio potest proxima, quòd pro iis opera sua non obtulerit; remota & radicalis, quòd non missus fuerit ad eos redimendos, sed solos homines, sicque horum & non illorum salutem proposuerit Deus Christo ut præmium, & mercedem operum.

Videri ostenditur ad meritum in actu secundo requiri necessariò promissionem aliquam vel ordinatorem.

VIII.

Deinde, quod Enoch & Elias, & animæ in purgatorio non mereantur, quæ potest alia assignari causa nisi quòd Deus ipsis præmium non proposuerit. Dices, ratio est, quia non sunt viatores, sed interminò. Contra: Hoc ipsum esse vel non esse viatores est ordinatio Dei, cur enim ulterius protraxisse non potuit eorum vitam, vel naturalem vivendi modum, quare etiam animæ in purgatorio mereri non possunt, cum

Idem declaratur exemplo Enoch & Eliæ, & animarum in purgatorio.

non videatur dubium quin anima separata à corpore mereri possit, sicut & Angelus, nisi Deus contrarium statuisset, ergo totum pendet ab ordinatione divinâ. Quæ videtur expressa mens Sancti Thomæ 1. 2. quæst. 114. art. 1. 2. & 3. ubi ad meritum de condigno (quod vocat meritum justitiæ, & passim ait inniti justitiæ) duo ait requiri, nempe æqualitatem operis cum præmio, & ordinationem divinam, seu propositionem præmii. Quod confirmatur exemplo humano, quantumcunque enim currant aliqui in stadio, & cursus sit æqualis alicui præmio, non tamen merebuntur illud in actu secundo, nisi proponatur à gubernatore, vel iudice, ergo ad meritum condignum requiritur ordinatio.

Doct. Angelicus duo ad meritum de condigno requirit, æqualitatem operis cum præmio, & ordinationem divinam.

IX.

Dices cum Vasquez loco citato, potest quis mereri pœnam sine ordinatione, vel comminatione illius, ergo & præmium. Primò Suarez lib. 8. de Angelis negat antecedens, & ait communem esse sensum Theologorum, ideo damnatos jam nihil mereri substantialis pœnæ, quia Deus peccatis ab iis in inferno commissis pœnam non destinavit: sed quicquid sit de hoc: Respondeo secundò, transeat peccatum habere proportionem & exigentiâ intrinsecam cum pœnâ, sicut & gratiam cum præmio & perfectione proprii subjecti, sicque nec ad unum nec ad alterum lato modo requiri peculiarem ordinationem vel pœnæ vel præmii, sed solum in meritis ad strictam justitiam. Tertiò dico, licet semper ad meritum de condigno præmii requireretur promissio & ordinatio, non tamen ad pœnam: disparitas est, quia demeritum non est activum, & per quod acquirit quis jus contra Deum, & illum sibi facit debitorem, ut contingit in merito, per quod acquirunt justii jus ad præmium, & Deus ipsis se obligat ad reddendam mercedem ac stipendium, & consequenter requirit peculiarem ordinationem & voluntatem Dei, sine qua obligari creaturæ non potest: demeritum verò est quid passivum, per quod peccator fit debitor, & pœnæ obnoxius, ac proinde potest hoc demeritum sola suâ voluntate incurrere.

Dices: Peccatum sine ordinatione meretur pœnam, ergo & merita præmii.

Disparitas assignatur inter bona opera & peccata in ratione meriti & demeriti.

X.

Dices ulterius cum eodem Vasquez Disp. 2. cap. 5. hominem peccando mortaliter meruisse ut nullum ei deinceps ad bonas operationes exercendas auxilium congruum à Deo conferretur; ergo nequit homo purus vel gratiam mereri, vel pro peccato ad æqualitatem satisfacere, cum pars hæc debiti ipsi à Deo priùs debeat gratis remitti. Sed contra; quidni enim potuisset Deus creare purum aliquem hominem in gratia; hic ergo ex Dei ordinatione potuisset Adamo, aut alteri alicui peccatori mereri auxilium congruum ad actum Charitatis, per quem quantum ad hoc, vel sui vel saltem alterius peccati mortalis remissionem mereri posset, quod est contra Patres, qui ne Angelis quidem concedebant posse pro peccato mortali alicujus hominis satisfacere. Deinde ex hac doctrinâ sequeretur neque Christum de condigno pro hominum peccatis satisfacisse; sicut enim primus Pater peccando, sibi & nobis demeruit auxilium omne congruum ad benè operandum, ita & promeruit ne daretur redemptor; ergo hoc debitum nobis gratis fuit condonatum, ergo similiter Christus non satisfecit ad æqualitatem. Hæ ergo duæ rationes Vasquez sine dubio sunt contra Sanctos Patres, qui hanc incapacitatem in purâ creaturâ satisfaciendi pro peccato mortali, nec in naturam gratiæ habitualis reduciunt, nec in demeritum auxilii congrui,

Dices, hominem per peccatum mortale mereri, ut nullum ei deinceps detur auxilium.

Sed contra, hoc enim nõ urget, si Deus crearet hominem purum in gratiâ.

Ex illâ objectione sequeretur, neque Christum pro peccatis nostris ad æqualitatem satisfacisse.

Tom. II.

congrui, sed merè in inæqualitatem operis puræ creaturæ respectu gravitatis peccati mortalis.

XI. Qua in re differat meritum & satisfactio.

Quæres, in quo differat meritum & satisfactio? Respondet in hoc, quod meritum respicit mercedem, satisfactio compensationem injuriæ, meritum per se primò respicit commodum merentis, satisfactio verò honorem ejus cui offertur. In multis tamen confunduntur, nam potest quis tanquam præmium mereri remissionem injuriæ per actum satisfactorium, ex quo provenit commodum merenti, unde hic realiter non distinguitur meritum à satisfactioe, sed ad summum formaliter secundum diversos respectus in ordine ad diversa attributa divina, hic enim actus in quantum est meritum respicit justiciam Dei retribuentis, & in quantum satisfactio respicit illius mansuetudinem ut placetur, & amplius peccatori non irascatur, licet hoc ipsum etiam non irasci Deum sit præmium, & consequenter cadat sub merito. Unde quoad præsens idem est in re satisfacere pro injuriâ, & mereri de condigno illius remissionem, qui enim meretur de condigno ut Deus ipsi remittat injuriam, facit satis ut Deus illam remittat, & amplius ob eam non irascatur.

Quamvis in quibusdam conveniant meritum & satisfactio, in quibusdam tamen cavenant differunt.

vum in malitiâ, cum hoc levissimum sit offensivum, & qualis inter amicos etiam contingit, ille verò actus perfectus & vitæ æternæ meritorius, ergo cum ex naturâ suâ tendat in illius destructionem, non est cur non possit illud delere, & condignè mereri illius remissionem.

Nec obstat justos petere remissionem peccatorum venialium: id enim faciunt, non quod non possint pro iis satisfacere, sed quod nesciant in quo statu sint: sicut ob eandem rationem idem faciunt pro peccatis remissis. Nec ex eo quod peccata etiam venialia gratis, & ex misericordiâ Dei remittantur, sequitur non posse nos pro iis satisfacere de condigno; ideo enim dicuntur remitti ex misericordiâ, quia nisi gratiâ suâ nos Deus præveniret, satisfacere pro iis non possemus. Et ob hanc etiam causam dicitur egere nos ad condignè merendum remissionem peccati venialis gratiâ per Christum, & applicatione meritorum illius, nempe ut auxilium congruum habeamus, quo actum contritionis vel amoris Dei super omnia, (qui optimus ad hunc finem videtur, cum fervorem Charitatis per peccatum veniale imminutum reparat, & simul penitentia vel formalis, vel virtualis sit) eliciamus, non ut actus semel elicitus peccatum illud deleat. Et hoc etiam sensu dicimus emundari per sanguinem Christi, nempe immediatè in Sacramentis, mediâtè quando per auxilium per merita Christi nobis concessum actum eliciamus, quo mundamur. In statu verò puræ naturæ dicunt omnes per actus naturales potuisse tolli peccata venialia; cum enim meruissent beatitudinem naturalem, meruissent etiam remissionem venialium, quorum ablatio ad finem illum consequendum per se ordinatur.

IV. Quod iusti à Deo petant remissionem peccatorum venialium, non arguit non posse illorum remissionem mereri de condigno.

Lure meriti sumo emanari dicuntur à peccatis venialibus per sanguinem Christi.

SECTIO TERTIA.

Utrum pura creatura mereri de condigno possit remissionem peccati mortalis.

I. Quæstio est, utrum homo purus, vel Angelus mereri alteri possit gratiâ, non sanctificationis sed iustificationis.

DUABUS præcedentibus Sectionibus vidimus posse puram creaturam mereri de condigno alteri gratiam sanctificantem, seu quæ hominem in purâ naturâ constitutum elevat ad statum supernaturalem, sanctumque ac Deo gratum reddat, æternâque beatitudine dignum. Præsens ergo quæstio est, Utrum possit homo purus, vel Angelus mereri alteri de condigno gratiam etiam iustificationis, seu qua quis in mortali existens ab illo liberetur, ac Dei amicitia restituitur; vel etiam an peccati mortalis remissionem alteri sine gratiâ infusione mereri queat, seu ut peccatum illud tollatur per condonationem extrinsecam.

II. Indubitatum videtur posse hominem purum, in gratiâ existentem mereri remissionem peccati venialis.

Difficultas ergo procedit de peccato mortali, de veniali enim constans est omnium ferè Theologorum opinio, posse hominem justum mereri de condigno illius remissionem, & pro illo satisfacere. Ratio est primò, quia hoc præmium non excedit valorem meriti, quod pro illo offertur, ergo non est cur actus Charitatis, vel contritionis non possit illius remissionem mereri, & pro eo satisfacere, quod nihil est aliud, quam facere satis, ut Deus injuriam illam remittat. Secundò, quia iusto perseveranti usque ad finem vitæ debetur gloria tanquam merces, & corona justitiæ, ergo & debuit provideri ipsi aliquod remedium, quo tollere posset peccatum veniale, si in eo decessisset, nec salvo condignitatis jure posset ei hoc negari sine eo, quod novus illi in hoc favor & liberalitas concedatur, alioqui posset justus ob solum peccatum veniale è cælo perpetuò excludi, ac proinde nihil differret à mortali.

III. Utriusque ostenditur posse

Cum ergo actus contritionis in iusto sit supernaturalis, & informatus gratiâ sit sine dubio melior in bonitate, quam peccatum veniale sit præ-

Difficultas ergo procedit de peccato mortali, Utrum scilicet purus homo pro illo satisfacere possit, vel suo, vel alieno, aut illius remissionem de condigno mereri, hic enim pro eodem sumimus satisfactioem & meritum.

Dico primò: Potest purus homo imperfectè pro peccato suo mortali satisfacere, satisfactioe illius remissionem antecedente: ita Suarez hic, disp. 4. sect. 10. & omnes communiter. Ratio est, quia hoc modo satisfacere nihil est aliud, quam actum aliquem Deo offerre, per quem moveamus ipsum aliquo modo ad remissionem peccati nobis concedendam, nempe ut cum jam videat fecisse nos quod in nobis est, excitetur, non ex condignitate operis, sed congruitate quadam & decentiâ, ut peccatum remittat: sicut etiam juxta communiorum Theologorum sententiam meremur primam gratiam quando justificamur extra Sacramentum. Unde Sanctus Augustinus Epistolâ 105. ad Sixtum sic habet: Neque ipsa remissio peccati sine aliquo merito est: neque enim nullum est meritum Fidei, qua ille dicebat: Deus, propitius esto mihi peccatori, & descendit hic justificatus.

V. Quæstio est, que præcedit de remissione peccati mortalis.

VI. Potest homo purus pro suo mortali peccato satisfacere imperfectè.

Dico secundò: Non potest ulla pura creatura, nec divinitus satisfacere de condigno pro suo vel alieno peccato mortali. In hac conclusione quantus est omnium penè auctorum consensus contra Scotistas eam negantes, tanta in ratione ejus reddenda est discrepantia.

VII. Nulla pura creatura satisfacere potest pro suo peccato mortali.

Pater Vasquez ideo ait non posse purum hominem satisfacere pro peccato mortali, præsertim proprio, quia pro peccato perdidit jus ad omne auxilium supernaturale, & contrahit debitum illo in perpetuum carenti; cum ergo actus contritionis, utpote supernaturalis, elici debeat ex auxilio

VIII. Dicunt aliqui ideo non posse aliquem satisfacere pro suo peccato mortali.

li, quia perdidit ius ad omne auxilium supernaturali.

ex auxilio gratiæ, ipso facto pars debiti videtur remissa, ac proinde pro eo perfecte non satisfacit. Ait tamen per actum contritionis satisfacere peccatorem pro totâ maculâ peccati positâ condonatione auxilii.

IX. Iuxta illam tamen rationem possit homo purus pro peccato mortali satisfacere quoad æqualitatem, quod negant Patres.

Sed contra: Ergo in re conceditur secundum hanc solutionem posse hominem purum satisfacere ad æqualitatem pro peccato mortali; quod tamen negant Patres, & ut solveretur pretium condignum pro peccato Adæ dicunt necessariam fuisse Incarnationem Verbi divini. Quod autem donetur ei auxilium ad actum contritionis nihil refert, per hoc enim non remittitur aliquid culpæ, sed solum pœnæ, ergo hoc non obstante satisfacit perfecte pro totâ culpâ. Aliam rationem Vasquez, cur non possit pura creatura satisfacere pro culpâ mortali alterius, quia scilicet gratia non est principium satisfactionis & meriti, nisi proprio subiecto, rejecimus Sectione præcedente.

X. Quod quis bona opera acceptis à Deo, non obstat satisfactioni.

Dicunt alii ideo non posse puram creaturam satisfacere Deo pro peccato mortali, quia non potest satisfacere nisi per bona accepta ab ipso Deo creditore. Sed contra primò: Ergo nec Christus satisfacit pro peccatis hominum. Contra secundò: Mereri possumus de condigno à Deo gratiam & gloriam per bona accepta ab eo, ergo & remissionem peccati mortalis, si nil obstat aliud, quàm hæc acceptio honorum à Deo. Contra tertio: Ergo nec pro veniali satisfacere possumus, vel mereri illius remissionem de condigno, quod supra rejecimus.

XI. Voluit aliqui puram creaturam ideo non posse ad æqualitatem satisfacere pro peccatis hominum, quia sunt syncategorematicè infinita.

Tertio dicunt aliqui non posse puram creaturam satisfacere pro peccatis aliorum, nec illorum remissionem mereri de condigno, quia cum infinita syncategorematicè sint, arguerent majorem perfectionem in merito illo & satisfactione, quàm cadere possit in puram creaturam. Sed contra: Ergo pro peccatis, quæ infinita hoc modo non essent, posset homo purus ad æqualitatem & condignè satisfacere, sed peccata hominum tam commissa, quàm committenda in viâ non sunt nisi finita, & quorum numerum Deus determinatè videt, ergo ad redimendum humanum genus non erat necessaria Incarnatio, & satisfactio Christi, Christus enim pro aliis peccatis non satisfacit, quàm pro commissis in viâ. Contra secundò: Ergo duo homines vel etiam omnes potuissent se invicem redimere, quod tamen est contra omnes Patres, ut postea videbimus.

SECTIO QUARTA.

Cur non possit pura creatura satisfacere pro peccato mortali.

I. Ideo pura creatura non potest ad æqualitatem pro peccato mortali satisfacere, quia hujus gravitas excedit illius æstimabilitatem.

VERA igitur hujus ratio est, quia peccatum in æstimabilitate morali excedit omnem satisfactionem puræ creaturæ, & consequenter quacumque satisfactione oblata, nunquam tamen æquale offertur pro injuriâ illâ & offensâ, sicque in genere moris superat omnem satisfactionem puræ creaturæ: ita Suarez hic, Disp. 4. sect. 7. Valentia quæst. primâ punct. 5. Tannerus Disp. 1. quæst. 2. dub. 8. estque communis fere Theologorum opinio.

II. In hanc rem S. Thomas

Tenet Sanctus Thomas hic, quæst. 1. art. 2. ubi ideo ait necessariam fuisse Incarnationem Verbi divini ad redemptionem generis humani,

quia nulla pura creatura potest æqualem pro peccato mortali satisfactionem Deo offerre, idque quia in peccato est quædam infinitas; quæ, inquit, ut ad æqualitatem compensetur, requirit ut actus satisfaciens habeat efficaciam infinitam: quod etiam docet in quarto, distinct. 15. art. 1. ubi notandum, non ideo dicere sanctum Thomam non posse puram creaturam satisfacere pro peccato, quia non potest aliquid mereri nisi sibi, sed merè ob gravitatem culpæ. Sanctum Thomam sequuntur Thomistæ omnes, uno excepto Caictano, qui contra aperta verba Sancti Doctoris ipsum perperam explicat, ut per puram creaturam intelligat creaturam in puris naturalibus, seu omni auxilio gratiæ destitutam. Idem docet S. Bonaventura in tertio, distinct. 20. quæst. 3. Tam gravis, inquit, est injuria, quæ ob ejus excellentissimam dignitatem Deo inferitur, quod nulla pura creatura potest recompensare aliquid ei æquale. Tenet etiam Halensis, Gabriel: & alii.

propterea negat satisfactionem puram creaturæ sufficere, quia in peccato mortali est quædam infinitas.

Hæc conclusio præcipuè nititur auctoritate Patrum, qui adeo frequentes sunt in hac veritate astruendâ, dissentiente nullo, plurimis expressè afferentibus, ut quamvis decisset valde urgens ratio (quam cerè haud facile est à priori assignare) sufficiens fundamentum esset eorum auctoritas ad hanc sententiam defendendam.

III. Hac conclusio præcipuè nititur auctoritate Patrum.

Omitto hic sanctum Basilium & S. Leonem supra citatos Disputatione præcedente, Sect. 1. quorum ille dicit neminem præter hominem Deum potuisse condignum asserre pretium pro peccato, hic ideo Christum atulisse quia ejus Sanguinis effusio tam potens fuit ad privilegium, tam dives ad pretium seu valoris infiniti.

IV. S. Basilus & S. Leo pro hac sententia citati sunt supra.

In Concilio itaque Ephesino cap. 7. de Redemptione humani generis dicitur, *Necessarium erat ut ejusmodi pretium penderetur, quod exactum debitum ad amussim justitiæ adæquaret*; & inde deducit necessariam fuisse Incarnationem Verbi ad perfectam satisfactionem quoad æqualitatem: & eodem loco additur, *unica hæc restabat mali solutio*: In eodem etiam Concilio cap. 7. referuntur in hunc finem hæc verba S. Cyrilli Alexandrini *Quo pacto unus pro omnibus mortuus, justum pro omnibus pretium exolvere potuit, si per passionem illam puri cuspian hominis esse dicamus*; & sæpè negat sanctus Cyrillus potuisse Christum æquale & justum pretium pro peccatis nostris offerre, si non esset Deus.


V. Docet Conc. Ephesinum necessarium ad humani generis redemptionem fuisse ejusmodi pretium, quod ad amussim justitiæ debitum adæquaret.

Sanctus item Athanasius, Sermone de Cruce & Passione Domini sic habet: *Cum videret malitiam intolerabilem, neque humanum genus idoneum esse quod morti resisteret, neque penam suorum malorum persolveret, &c. videnq, quàm ipse idoneus esset & potens, commotus fuit sua humanitate, & misertus est nostra imbecillitati. Ad quem etiam sensum Sanctus Chrylostomus Hom. 2. in Joannem, Cecidit, inquit, natura nostra eo casu, ut restitui non possit, nisi ab illâ potentissimâ manu.*

VI. Clavè docet S. Athanasius & S. Chryost. ob gravitatem culpæ necessarii fuisse Dei hominis satisfactionem.

Sanctus Ambrosius ad Hebræos 9. *Tantum fuit peccatum nostrum, ut salvari non possemus ali- quando nisi Omnipotens Filius Dei mereretur pro nobis.* In quem etiam sensum cum multa præclare dixisset Sanctus Bernardus in Sermonibus de Nativitate Domini, tandem concludit Sermone tertio: *Agnosce, ô homo, quàm gravia sunt vulnera, pro quibus necesse est Dominum Christum vulnerari: & subdit: Si non essent hæc ad mortem & mortem sempiternam, nunquam pro eorum remedio Dei Filius mereretur; Ubi ex gravitate delictorum deducit necessariam fuisse mortem Christi, & superius*

VII. Eandem veritatem clarissimè verbi tradit S. Ambrosius.



Tom. II.

dixerat nullo alio balsamo curari potuisse nisi sanguine filii Dei, non quod mortem illius & vulnera per se ad hunc finem necessaria fuisse velit magis, quam alia Christi opera, cum similia prius dixisset de vagitu & lachrymis infantis, sicut etiam non magis necessaria ad hoc fuit Incarnatio filii, quam Patris, aut Spiritus Sancti, sed quod tam gravia essent, ut nullius alterius, qui Deus non esset, mors aut vulnera ad hæc curanda vim sufficientem haberent, idque quia erant mortalia.

VIII.

Aliorum Patrum eadem quoad hoc mens est, ut antiquitatis vox esse videatur, satisfactionem personæ divinæ necessariam fuisse ob gravitatem culpæ.

Eandem sententiam inde deducunt S. Irenæus, Justinus Martyr, Theodoretus, Eusebius, Damascenus, & alii: ita ut videatur hæc fuisse antiquitatis vox: quas auctoritates eò fusiùs retuli, tum quia contra Scotum probant aperte, necessariam fuisse Incarnationem personæ divinæ ad satisfactionem pro peccatis generis humani, nempe ut condigne & ad æqualitatem pro iis satisfaceret, sicut juxta Scripturam satisfactum est, in quâ passio Christi dicitur emptio & redemptio, tum quia contra recentiores aliquos ostendunt peccatum in æstimatione morali injuriæ esse in altiore quodam ordine ad omne opus quantumvis perfectum puræ creaturæ, cui juxta communem sensum Patrum nullum æquale pretium reperiri potest, nisi personæ alicujus divinæ, & ex eo quod æquale pretium obtulerit Christus, inferunt illum fuisse Deum, qui ut ait Sanctus Leo Sermone de Nativitate: *Nisi verus esset Deus, non afferret remedium.*

IX.

Magis in particulari declaratur mens sancti Thomæ circa satisfactionem Christi.

Clarissimè autem hac in re loquitur S. Thomas articulo secundo citato, qui propterea necessariam fuisse ait satisfactionem Christi, quia, ut dictum est, in peccato est quædam infinitas, quæ, inquit, ut ad æqualitatem compensatur requirit ut actus satisfaciens habeat efficaciam infinitam: quod etiam docet in 4. dist. 5. art. 1. ubi notandum, quod supra etiam adverti, non ideo affirmare Sanctum Thomam non posse puram creaturam satisfacere pro peccato mortali, quia non potest aliquid mereri nisi sibi, ut vult Vasquez, & recentiores aliqui, sed merè ob gravitatem culpæ.

X.

Ex prædictis Patrum testimonio deducitur à posteriore ratio cur puræ creaturæ non possit satisfacere pro peccato mortali.

Hinc ergo deducitur à posteriore probatio rationis supra initio Sectionis positæ; si enim peccatum in ratione injuriæ non excederet in æstimatione morali satisfactionem puræ creaturæ, quantumcumque sanctæ, & perfectæ, sequeretur posse puram creaturam solvere pretium æquale pro illo, sed secundum Patres nemine dissentiente, non potest pura creatura offerre ejusmodi pretium, sed ad hoc absolute juxta illos necessaria fuit Incarnatio personæ divinæ, ergo. Et hæc est præcipua probatio hujus sententiæ.

XI.

Res ordinis simpliciter inferioris nunquam æquivalent rebus ordinis superioris.

Confirmatur: Nam in multis aliis hoc videmus contingere, in iis nimirum, quæ simpliciter censentur diversorum ordinum, in quibus quantumcumque multiplicentur ea quæ sunt inferioris ordinis nunquam æquivalent rebus ordinis simpliciter superioris. Sic communiter docent Theologi injuriam factam in bonis superioris ordinis, ut vitæ & famæ non posse compensari ad æqualitatem per bonâ inferioris ordinis, ut pecuniis, quantumcumque multiplicentur. Sic etiam multa peccata venialia quantumcumque multiplicentur, non æquivalent uni mortali, & merita naturalia, quantumcumque magno numero, nunquam accedunt ad valorem meriti & præmii supernaturalis, quia hæc sunt ordinis simpliciter superioris.

Confirmatur secundò: Bona temporalia quantumvis copiosa, non accedunt ad spiritualia, sicque non Philosophi solum Christiani hæc omnia contemnunt præ virtute, sed gentiles quoque præ rerum etiam naturalium scientiâ. Unde Sapiens in Scripturâ, æquus rerum æstimator de Sapientiâ dicit Sapien. 7. *Præposui illam regnis & sedibus, & divitias nihil duxi in comparatione illius, nec comparavi illi lapidem pretiosum, quoniam omne aurum in comparatione illius arena est exigua, & tanquam lutum æstimabitur argentum in conspectu illius, &c.* Sicut ergo aliqua ita sunt in ratione boni superioris ordinis ad alia, ut exæquari per hæc nullo modo possint, quidni idem dicemus de peccato in ratione injuriæ, cui Patres unâ voce affirmant nullam à purâ creaturâ satisfactionem afferri æqualem posse.

XII.

Bona corporalia non accedunt ad spiritualia.

Dices: Aurum est argento perfectius, & tamen ita multiplicari hoc potest, ut ipsi sit in æstimatione morali non inferiori, propterea non cenferi aurum in æstimatione morali ordinis simpliciter superioris, sed solum in entitate physica: at peccatum tale est, ut judicio omnium nulla possit in æstimatione morali offerri à creaturâ par illi compensatio.

XIII.

Aurum in æstimatione morali non est ordinis simpliciter superioris ad argentum.

Dices secundò: Ponamus puram creaturam informatam gratiâ in intentione simpliciter infinitâ, hæc saltem eliceret actum in satisfactione æqualem peccato in ratione injuriæ, cum esset actus infinite dignus, utpote personæ infinite dignitatis. Negatur tamen consequentia, sicut actus opinionis quantumcumque intensus etiam si velis infinite, non accederet ad perfectionem scientiæ intensæ ut sex circa idem objectum, nec in æstimatione morali esset ei æquiparandus, sicut nec actus Fidei aut scientiæ circa Deum, quantumcumque intentionis, conforendus esset cum visione beatâ minoris longè intentionis gradualis. Idem ergo dici potest de peccato respectu satisfactionis omnis & meriti cujusvis puræ creaturæ.

XIV.

Homini purus habet infinitam gratiâ pro peccato mortali satisfaciendi.

Dices tertio: Si quis ex infinitâ plebe offenderet Regem, posset tamen per multa exhibita obsequia, illi satisfacere, præsertim si periculo capitis pro eo se exponat, ergo & idem contingere poterit in peccatore respectu Dei offensæ. Nego consequentiam: In offensâ enim & satisfactione respectu Principis creati est excessus solum specificus, ut aiunt, non excessus ordinis, & consequenter aliunde compensari poterit, qui tamen inter creaturam & Deum statuendus est, alioqui contra Patres omnes, ut vidimus, posset compensatio æqualis pro mortali peccato à purâ creaturâ Deo offerri.

XV.

Ex offensâ & satisfactione principis creati nullum deducitur argumentum ad offensam & satisfactionem Dei.

Rationem à priori assignat Sanctus Thomas hic, art. 2. Corp. & ad secundum: offensâ siquidem eò est gravior, quò major est dignitas personæ, in quam committitur; è contra verò satisfactio est minor, quò est major dignitas personæ, cui offertur, minor personæ offerentis: cum ergo persona, quæ per peccatum offenditur, sit infinita, nempe Deus, persona verò offendens homo, inter quem & Deum infinita est distantia, peccatum erit saltem ordinis superioris ad omnem satisfactionem puræ creaturæ. Hæc est communis ratio, intuitu cujus cum Sancto Thoma conclusionem hanc communiter defendunt Theologi: contra quam conclusionem licet multa obijci possint, hoc tamen habemus, quod quisquis eam impugnat, eadem operâ impugnet Sanctum Thomam.

XVI.

Ratio à S. Thoma hujus conclusionis à priori assignata, deducitur ex argumtate personæ offensæ & utilitate offendenti.

Explicatur

XVII.
Vterius de-
claratur ra-
tio à D. Tho-
ma proxima
assignata.

Si exiguus
conferatur
honor Regi
à plebeio ex-
hibitus, hoc
à fortiore
conferatur in
honore à
creatura
prestato Deo.

Explicatur ulterius hæc ratio: Peccatum mortale censetur ab omnibus gravis offensa contra Deum, omnis autem compensatio, & obsequium à purâ creaturâ Deo exhibitum, est leve respectu summæ illius majestatis, quæ obsequia longè excellentiora meretur: unde dum plebeius Principem salutat, caput ei honoris causâ aperiendo, censetur ab omnibus res exigua, quia nihil penè est respectu dignitatis illius personæ, minis autem est respectivè erga Deum honor quivis à purâ creaturâ ei oblati, cum infinitis major sit distantia inter levem aliquem honorem Principi à plebeio oblatum, & inter quodvis obsequium Deo præstitum, cum dignitas honoris & satisfactiois decreseat ex vilitate offerentis, & ejus cui offertur dignitate, offensa è contra crescat, infinite autem in dignitate superat Deus quemvis Principem terrentum.

SECTIO QUINTA.

Argumenta contententia posse puram creaturam satisfacere pro peccato mortali.

I.
Quamvis
remissio pec-
cati sit quid
naturale,
actus verò
contritionis
sit super-
naturalis,
hic tamen
non est suffi-
ciens com-
pensatio pro
peccato mor-
tali.

Multa in
mitate phy-
sica perfe-
ctiora, cense-
tur in genere
moris alius
inferiora.

II.
Sic similiter
remissio pec-
cati, quam-
vis in genere
physico sit
quid merè
naturale,
in genere
moris tamen
est ejusdem
ordinis cum
offensâ.

III.
Dices: Per
actum amo-
ris redditur

OBJICIES primò: Remissio peccati præcisè est quid naturale, cum etiam contingere possit hominibus in purâ naturâ, contritio autem est supernaturalis, ergo erit sufficiens compensatio pro peccato. Contra: Ergo & per actum etiam naturalem sufficenter compensari posset, quod opinor nemo concedet, cum in valore physico sit remissio peccati æqualis, imo melior, est enim entitas physica, hæc sola negatio. Respondeo, Ergo multa in genere physico longè inferiora, cense in genere moris superiora, ut aurum gemmæ, & res variæ inanimatæ animatis, imo ipso homine, qui exiguâ subinde pecuniâ venit, & ut non abeam longius, in eo qui haberet centum gradus gloriæ heterogeneos, secundum entitatem physicam reliqui omnes superant in perfectione & valore primum, & tamen quoad æstimationem moralem primus excedit reliquos omnes, etiam collectivè sumptos, & conferretur Deus majus beneficium conferre, homini in purâ naturâ existenti, dando illi unum gradum gloriæ, quam ei, qui jam habet primum gradum dando reliquos nonaginta novem: quod clariùs constat in ablatione, majus enim damnum conferretur pati is, qui si unum tantum habet gradum gloriæ, illo orbaretur, quam qui habet centum, reliquis omnibus præterquam uno, cum uno retento maneat adhuc simpliciter beatus, & nullius rei egens.

Idem ergo est in præsentî; licet enim remissio peccati sit in genere physico quid merè naturale, & imperfectior multis rebus, etiam naturalibus, in genere tamen moris est ejusdem ordinis cum offensâ, quæ in æstimatione morali, seu judicio prudentum censetur superius, seu altioris ordinis ad omnem satisfactionem puræ creaturæ. Judicio autem prudentum censeri peccatum altioris ordinis constat ex superioribus, ubi ex communi consensu Patrum, & Sancti Thomæ id ita esse ostendimus.

Objicitur secundò: Per contritionem, vel actum amoris, redditur totum Deo quod per odium ab eo fuit ablatum, ergo tam bonus est actus amoris, quam malum odium, & conse-

quenter æqualis compensatio. Confirmatur: Sicut in peccatum ratione dignitatis personæ offensa, refunditur quædam infinitas, ita & in actum amoris, cum veretur circa objectum similiter infinitum. Contra primò: Hoc enim argumentum probaret, etiam per actum amoris Dei naturalem in purâ naturâ satisfieri posse pro peccato odii Dei, cum reddat illud, quod odium abtulit. Contra secundò: Ergo si quis Principem vulnerasset, sufficenter ei satisfaceret vulnus iterum curando, cum sanitatem ablatam restituat, quod tamen negant omnes, sed quantumcumque sit quoad restitutionem ablati constituta æqualitas, pro injuriâ tamen illatâ, aiunt gravissima ei deberi supplicia, & mortem ipsam. Unde Aristoteles 5. Ethic. cap. 5. assignans medium justitiæ in commutationibus involuntariis sic habet: Si è Magistratu aliquis vilem personam injustè percuteret, cum repercutiendum non esse, parva enim censetur injuria vili homini percuti à Principe, aut Magistratum gerente: at si plebeius Magistratum percussisset, is non solum repercutiendus, sed supplicio etiam afficiendus esset, quod nimirum sine cumparatione ullâ ex dignitate personæ percussisse crescit injuria.

Respondetur itaque, diversa esse hæc duo, restituere ablatum, & satisfacere pro injuriâ: primum fit constituendo æqualitatem in bonis ablati, vel imminuti, sive illa materialia sint, sive spiritualia, ut honor, fama, &c. Quod ut intelligatur, notanda differentia inter famam & honorem, fama enim est existimatio, seu opinio alienæ bonitatis & excellentiæ, &c. honor verò ulterius dicit testificationem hujus opinionis de alienâ excellentiâ: detractio itaque lædit famam, quod si ii, apud quos malè quis de altero loquitur, non credant, vel aliunde rectam iterum de eo opinionem conceperint, non tenebitur detrahere ad famam restitutionem: honorem verò lædit contumelia, seu convitium, utpote quod tollit testificationem nostram externam de alienâ excellentiâ, unde licet nemo adfuerit, vel licet ii, qui adfuerint, non mutaverint opinionem, adhuc tenebitur qui contumeliam intulit satisfacere, idque secundum proportionem injuriæ spectatis circumstantiis offendentis & offensis. Cum ergo injuriæ gravitas peculiari quodam modo desumatur ex dignitate personæ offensa, & vilitate offendentis, nullæ circumstantiæ creatæ in satisfaciende efficere possunt satisfactionem, cum quantumcumque sint perfectionis, infinite distent à perfectione divinâ, quæ refundit quantitatem moralem in offensam, idque longè alio modo quam dignitas objecti in actum satisfactorium, cujus valor desumitur non ex dignitate ejus cui offertur, sed offerentis, alioqui pro injuriâ illata cuivis personæ, etiam summæ dignitatis, per quamlibet satisfactionem secundum quantitatem quasi materialem æqualem, eidem posset satisfieri, quod, inquit, Tannerus hic, disp. 1. quæst. 2. dub. 8. num. 282. est absurdissimum, & contra sensum omnium Sapientum.

Objicies tertio, illud Apostoli ad Rom. 5. Non sicut delictum, ita & donum, ergo donum, quod accepimus per Christum majus erat damno, quod nobis intulit Adamus. Respondetur, sensum Apostoli esse Christum non nudè nobis remissionem peccati obtinuisse, sicut illud in nos transfudit Adamus, sed copiosam etiam gratiam, & dona supernaturalia in nos suis meritis derivasse, ut rectè P. Conzen in hunc locum, unde subdit Apostolus

solum Deo
quod per
odium ei
fuit abla-
tum.

Sola restit-
tio ablati
non sufficit
ad satisfac-
tionem, sed
fieri debet
compensatio
pro injuriâ.

IV.
Differentia
inter resti-
tutionem,
& satisfac-
tionem.

Honor &
fama quo
pulsò dif-
ferant.

Famam læ-
dit detrac-
tio, hono-
rem contu-
melia.

Restitutio
fama non
sufficit pro
contumeliâ.

Nulla cir-
cumstantia
creata effi-
cere possunt
satisfactio-
nem aqua-
lem peccato
mortalis.

V.
Objicitur
illud Apo-
stoli, Non
sicut delictum,
ita & donum.

TOM. II.

Apostolus versu 20. *Vbi abundavit delictum, superabundavit gratia.* Deinde Adamus lapsu suo unum solum in posteros peccatum transfudit, idque originale, quod levius censei solet actuali, Christus verò non pro hoc solum satisfecit, sed etiam pro actualibus, sicque non sicut delictum, ita & donum. Quid quod Christus morte suâ, & meritis non è carcere solum nos liberavit, sed in regnum transfudit, faciens nos hæredes Dei, & sibi cohæredes.

Longè magis nobis profuit Christus, quàm novius Adamus.

VI.

Quod Deus sit infinitè bonus non obstat quo minus refundat malitiam gravem in mortale peccatum.

Objicitur quartò: Deus est infinitè bonus, quo pacto ergo refundere potest in peccatum, ut sit quid altioris ordinis. Respondetur, vel ob hoc ipsum illud refundere, injuria enim contra magis bonum est digna majori vituperio. Et hoc argumentum probaret peccatum non esse omnino grave malum, cum eodem modo argui posset Deum, utpote bonum, non posse omnino refundere in illud malitiam.

VII.

Dicitur: Ergo nec pro peccato veniali satisfieri à nobis potest ad æqualitatem.

Objicitur quintò: Hinc sequi etiam peccatum veniale, cum sit offensa Dei, esse ordinis etiam simpliciter superioris, & consequenter pro eo à purâ creaturâ, ad æqualitatem satisfieri non posse, contra superius dicta Sectione secundâ. Negatur consequentia, nam juxta Sanctum Thomam 1. 2. quæst. 88. art. 1. & alibi, peccatum veniale non est simpliciter peccatum, injuria & offensa, sed secundum quid, & analogicè, ut ait, nec simpliciter contra, sed præter legem, quam etiam doctrinam approbat Suarez disp. 2. de peccatis, sect. 5. vel enim est actus deliberatus in levi materiâ, vel indeliberatus in quacunque, si hoc, non est, inquit, peccatum simpliciter, cum non sit actus humanus, & rationalis simpliciter, sed solum secundum quid, si primum, nec etiam est peccatum & transgressio simpliciter, quia quisquis non peccat mortaliter, dicitur simpliciter servare legem & mandata, & omnis justus dicitur legis servator, unde de Sancto Zachariâ & Elizabeth dicitur Lucæ 1. *Incedentes in mandatis Domini sine querelâ*, quos tamen non videtur dubium, subinde venialiter peccasse, cum septies in die cadat justus.

Variè declaratur quo pacto peccatum veniale sit solum peccatum secundum quid.

VIII.

Objicitur: Tantum placent Deo opera bona, ac displicent mala, ergo possunt illa pro his satisfacere.

Objicitur sextò: Tantum placent Deo opera bona justorum, quantum displicent impiorum peccata, ergo sunt ejusdem ordinis in bonitate, atque illa in injuriâ. Antecedens probatur, tantum merentur præmium, quantum hæc pœnam, ergo &c. Respondent aliqui negando antecedens, ad probationem distinguunt etiam antecedens, merentur tantum præmium, quantum hæc pœnam ex naturâ suâ, nego antecedens, ex ordinatione divinâ concedo, communis enim est Theologorum vox Deum punire citra, præmiare ultra condignum. Pater Tannerus autem hic, disp. 1. quæst. 2. dub. 10. num. 333. insinuat nullam posse tantam pœnam assignari peccato mortali, quâ nequeat gravior & gravior assignari in infinitum, atque adeo illud mereri omnem pœnam possibilem. Hoc etiam affirmare videtur Sanctus Athanasius in Evangelium de Passione & cruce Domini, ubi loquens de peccato mortali ait gravitatem malitiæ ejus excedere omne supplicium, & propter excessum hujus gravitatis requirit satisfactionem Christi, personæ infinitæ. Sed non est opus huc recurrere, ut videbimus postea.

IX.

Ex quo capite insinuat aliqui peccatum mortale mereri

Id verò ideo insinuant nonnulli, nam aliqui, inquit, contingere posset, ut damnatus aliquis graviolem patiatur pœnam ob venialia peccata, quàm mortalia, imo posse aliquem ob civiles transgressiones statutorum Reipublicæ, tantam

vel etiam majorem mereri pœnam, quàm ob grave aliquod peccatum in Deum commissum. Unde, ut ait Suarez, & alii, licet Deus de facto pœnam solum finitam præfixerit cuius peccato mortali, quæ etiam semper infligitur, cum decreta Dei sint infallibilia, potuisset tamen aliam & aliam præfigere in infinitum, cui, inquit, in actu primo culpa est proportionata. Locum verò illum Apocalyp. 18. ubi dicitur de animâ peccatrice: *Quantum glorificavit se, & in delictis suis, tantum date ei tormentum & lucrum*, ait Suarez non esse intelligendum de proportionatione arithmetica, sed geometricâ, & justitiâ quâdam distributivâ, ut quantum unus excedit alterum in culpâ, tantum etiam excedat in pœnâ, licet nec unus, nec alter tantum puniatur quantum ejus culpa meretur. Sed nihil isthuc his de rebus statuo, postea enim ad prædictum argumentum fusè respondebitur.

Adde hic cum Suariorum lib. 7. de Gratiâ, c. 23. *Lesio de perfectionibus divinis lib. 13. cap. 26.* Si peccatum aliquod cateroqui grave, committeretur ab homine, qui haberet invincibilem ignorantiâ Dei, non mereri tantum pœnæ, nec futurum peccatum mortale, cum sine cognitione aliquâ Dei non refundatur in actum malitiæ theologica, ut aiunt, sed solum philosophica seu deformitas merè contra regulam rationis naturalis, & consequenter merebitur tantum pœnam illi malitiæ conformem, quam opinionem ait Lessius esse communem Doctorum nostri temporis, & latè eam probavi Tomo præcedenti, disputatione centesima nona, videturque clara mens Divi Thomæ, tum alibi, tum 2. 2. q. 20. art. 3. ubi sic habet: *Quod si potest esse conversio ad bonum commutabile sine aversione à Deo, quamvis esset inordinata, non esset peccatum mortale: hæc ille.*

Cum ergo in æstimatione morali non tantum sit Deum amare, eique subjei, quantum illi non obedire, non potest per actum amoris & contritionis ad æqualitatem compensari offensa. Hæc pro ratione S. Thomæ dicta sunt, & probatione conclusionis à priori: præcipua tamen illius probatio, ut dixi, est communis consensus Patrum, eique maximè insistendum.

SECTIO SEXTA.

Utrum peccatum mortale habeat in se malitiam infinitam.

DIXIMUS peccatum mortale esse superioris ordinis ad omnem satisfactionem puræ creaturæ, quod licet satis sit ad ostendendum Incarnationem alicujus personæ divinæ simpliciter fuisse necessariam ad æquale pro eo pretium persolvendum, ejusque remissionem de condigno promerendam, operæ pretium tamen erit indagare ulterius, Utrum peccatum mortale non in superiore tantum gradu sit ad nostrâ bona opera, sed malitiæ insuper infinitæ.

Prima sententia, eaque satis frequens tum inter antiquos auctores, tum modernos, docet malitiam peccati mortalis esse infinitam: ita Sanctus Bonaventura in 3. dist. 20. art. 1. quæst. 3. Almaynus tractatu 3. Mor. cap. 20. Richardus in 3. Dist. 20. quæst. 4. Joannes Medina de satisfactione, quæst. 1. Coninck disp. 10. de Penitentia, dub. 2. Bacon. in 3. Dist. 2. q. 1. a. 2. Hurtado

omnem pœnam possibilem.

Quis pœna dicant non nulli tantum puniri aliam quantum peccatum peccavit, nec geometricâ.

X.

In peccatum commissum cum involuntariâ ignorantia Dei non refertur malitia theologica, sicut non est mortale.

XI.

Secundum Theologos non est tantum amare Deum, quantum illi non obedire.

Opportunità hic est de infinitate peccati mortalis inquirere.

Prima sententia affirmat mortale peccatum esse malitiam simpliciter infinitam.

Hurtado hic, disp. 9. sect. 2. & alii. In hanc etiam sententiam non parum propendere videntur Halensis & Divus Thomas, ille 3. p. quaest. 7. memb. 6. art. 2. hic 3. parte, quaest. 1. art. 2. ad secundum, faveat etiam Caietanus 3. parte, q. 1. art. 2. §. ad alteram.

III. *Cur quidam dicant peccatum mortale esse infinitum simpliciter in finem secundum quid.*

Id verò circa modum loquendi nonnullorum ex his auctoribus notandum, qui quamvis peccatum mortale quæ est offensa Dei, sicque in genere mali dicant esse infinitum, addunt nihilominus non esse infinitum simpliciter, sed tantum secundum quid, quod nimirum in genere entis sit aliquid finitum. Sicut, inquit, linea aliqua, seu virga auri vel argenti in infinitum sine termino protensa, esset quidem infinita in ratione lineæ, quia sub hac ratione nullis limitibus coërectur, non tamen esset infinita simpliciter, quia in genere entis est res finita & limitata.

IV. *Peccatum mortale non est malitia simpliciter infinita.*

Communior tamen, & verior sententia affirmat peccatum mortale non habere malitiam infinitam: ita Scotus in 3. dist. 20. & in 4. dist. 15. quaest. 1. Argenti. quaest. unicâ, art. 1. Scotus in 4. dist. 19. quaest. 1. art. 2. ad primum, Suarez hic, disp. 4. sect. 1. Valquez hic, disp. 2. cap. 2. Salas Tomo 2. in 1. tractatu II. d. 15. sect. 6. Albertinus Tomo 1. Cor. 18. ex principio. 1. Philos. dub. 1. Lugo hic, disp. 5. sect. 3. Granada 1. 2. Contro. 6. tract. 3. disp. 5. Arriaga hic, disp. 3. & alii. Pro hac etiam sententia merito citari potest S. Thomas 3. p. q. 1. ad 2. ubi licet nonnullis, ut supra diximus, favere videatur contraria sententia, multo tamen potiore jure afferre eum possumus pro istâ, loco enim proximè citato ait peccatum habere quandam infinitatem ex infinitate Dei, ubi vox *quandam* est restrictiva, & arguit infinitatem illam non esse simpliciter, sed solum secundum quid, seu altioris ordinis, juxta dicta sectione quartâ & quintâ.

V. *Inefficax quorundam hujus conclusionis probatio.*

Probant nonnulli hanc sententiam, si enim, inquit, peccatum mortale sit malitiae simpliciter infinitæ, sequeretur omnia peccata mortalia esse in gravitate æqualia. Hæc tamen probatio nunquam mihi visa est efficax, nam, ut ostendi disp. 46. Physicæ, multi nullum esse putant inconveniens concedere posse unum infinitum esse majus alio, ut si Deus crearet infinitos homines dicunt plures fore digitos vel capillos, quam homines. Deinde quamvis omnia opera Christi sint infiniti valoris, non tamen sunt ejusdem dignitatis & præstantiæ, ut supra vidimus, sed actus Charitatis ab eo elicitus, melior est actu humilitatis vel obedientiæ. Tandem licet peccata mortalia ex infinitate mererentur penam in duratione infinitam, nihilominus prout secundum specificas suas rationes majorem vel minorem in se continent gravitatem, magis etiam vel minus intensam gradualiter penam mereri poterunt: & hoc modo salvatur quo pacto peccata mortalia sint inæqualia etiam in ratione demeriti.

VI. *Ratio à priori cur peccatum mortale non sit malitia simpliciter infinita.*

Ratio ergo præcipua & veluti à priori pro hac sententiâ est, quam insinuat Suarez citatus §. *Ultimo ex his*, non enim apparet ex quo capite peccatum mortale hauriat infinitatem; si namque spectemus actum ipsum secundum ea, quæ tum ex parte intellectus, tum voluntatis ad hoc peccatum constituendum concurrunt, omnia sunt finita, advertentia siquidem ex parte intellectus est tum entitativè tum intensivè finita, & idem est de conatu ex parte voluntatis, ergo actus mortaliter peccaminosi malitia est usquequaque finita,

cum in his duabus operationibus finitis, alterâ intellectus, alterâ voluntatis adæquatè sita sit.

Dices, constitutiva malitiæ peccati mortalis non solum sunt advertentia ex parte intellectus, & conatus voluntatis, quæ duo sunt finita, sed etiam Deus, qui est simpliciter infinitus, ergo ex hoc capite peccatum mortale erit quoad gravitatem simpliciter infinitum, odium Dei exempli gratia, ex objecto quippe infinito haurit gravitatem objecto parem. Sed contra, ergo & actus Charitatis erit bonitatis simpliciter infinitæ, cum non minus terminetur ad Deum, eumque habeat pro objecto, quam ullus actus peccaminosus, etiam odium Dei.

Respondetur itaque cum Suarez citato, objectum, non formaliter & intrinsecè, sed terminativè solum & extrinsecè actui se communicare, sicque nec bonitatem, nec malitiam infinitam in eum refundere. Quamvis ergo Deus sit in se simpliciter infinitus, cum tamen in peccatum non influat nisi mediâ cognitione, & omnis nostra cognitio tum Dei, tum divinæ offensionis sit non finita tantum, sed valdè imperfecta, non potest Deus refundere in peccatum infinitatem, gravitas siquidem offensa, non ex dignitate personæ, quam offendimus, præcisè crescit, sed personæ ut cognita.

Confirmatur: Nam ut benè Cardinalis de Lugo citatus, nullus magni facit offensas puerorum contra se factas propter imperfectam scilicet, quam habent pueri de hisce rebus apprehensionem; ergo magnitudo offensa non ab excellentiâ personæ offensa utrunque, sed ab eâ secundum majorem vel minorem cognitionis perfectionem est metienda; cum itaque omnis nostra cognitio de Deo, quam hic habemus, ejusque offensione, ut supra adverti, sit admodum imperfecta, & ut ita dicam puerilis, dignitas Dei, qui offenditur, non potest infinitatem in peccatum refundere, sed majorem vel minorem gravitatem prout cognitio est magis vel minus perfecta.

Confirmatur secundo: Nam juxta omnium sententiam semiplena advertentia offensionis divinæ, etiam in materiâ gravi reddit actum leviter tantum malum, ergo cognitio imperfecta, qualis hic est nostra de offensione Dei, quamvis sit sufficiens ad peccatum mortale, valdè tamen minuit ejus malitiam, eamque licet persona offensa sit in se infinita, reddit solummodo finitam. Quod sic ulterius declaratur: si enim quis Principem aliquem ignominia afficiat, planè ignorans eum esse Principem, sed existimans esse hominem plebeium, & si scivisset esse Principem, hoc nullo modo facturus, non potest Princeps rationabiliter ei irasci, nec indignari indignatione debita injuriæ factæ Principi, sed solum factæ homini plebeio, & si cognitio Principis in eo sit exigua, indignatio similiter esse debet exigua, ita ut quo gradu crescit vel decrescit cognitio, eodem crescat vel decrescat indignatio; idem ergo dicendum de indignatione Dei.

Dices: Personalitas Verbi quamvis per unionem creatam, ac finitam uniatum humanitati, nihilominus operibus Christi tribuit valorem simpliciter infinitum, ut supra latè ostendimus, ergo quod Deus representetur, & quasi conjungatur animæ per cognitionem finitam, non obstat quo minus in actum peccati transfundat infinitatem. Contra: Ergo tantundem dicant de actu Charitatis, & aliis operationibus, quæ immediatè respiciunt Deum. Respondetur itaque negando

VII.

Contendunt aliqui peccatum mortale à Deo haurire gravitatem infinitam.

VIII.

Ratio cur Deus non refundat in peccatum mortale malitiam simpliciter infinitam.

IX.

Cognitio imperfecta minuit gravitatem offensa.

X.

Quo gradu Rex vel Princeps cognoscitur, eodem ob injuriam sibi factam, non majore rationabiliter offenditur.

XI.

Disparitas inter unionem & cognitionem quoad communicatum infinitam bonitatis vel malitiam in actu.

TOM. II.

negando consequentiam: Disparitas est, unio namque hypostatica intrinsecè conjungit Verbum humanitati, constituitque per ejus subsistentiam ex utraque naturâ unam Personam divinam, & consequenter infinitam; cum ergo dignitas personæ operantis, ut supra declaratum est, influat in operationes, & Verbi dignitas sit simpliciter infinita, actionesque ejus omnes reddat theandricas, & Deus per eas verè dicatur operans, erunt valoris simpliciter infiniti, fieri enim nequit, ut Dei operatio non sit infinitè digna.

XII.

Experientia constat ex cognitione magnam fieri in operationibus mutationem, qua non sit ex unione.

Quandoquidem itaque nulla sit possibilis unio hypostatica, quæ hunc effectum non habeat, constituatque juxta dicta Personam divinam, sicut nulla est possibilis unio informationis inter animam rationalem & corpus, quæ non constituat hominem, nulla similiter est unio hypostatica, quæ non reddat operationes omnes naturæ assumptæ valoris simpliciter infiniti. At verò nostra cognitio est quid Deo planè extrinsecum: deinde, ut in superioribus ostensum est, experientia clarè constat cognitionem circa tam bonitatem, quam malitiam in actibus magnam efficere diversitatem, ut de semiplenâ advertentiâ, & apprehensionibus puerorum dixi numero nono & decimo.

XIII.

Quid, si per impossibile Deus non esset, mereretur peccati, putans eum esse.

Quæres, cum juxta nos gravitas peccati mortalis non desumatur à Deo immediatè, sed à cognitione Dei, quæres inquam, in casu impossibili quòd non esset Deus, homo tamen quispiam existimaret eum esse, si tunc adulterium, aut homicidium committeret putans se per hæc graviter Deum offendere, Utrum peccata illa tantam in se haberent malitiam ac modò habent, an minorem. Miror quosdam tam operosam hæc de re instituisse disputationem, cum nulla major in eâ esse videatur difficultas, quam in mille aliis exemplis, quæ in dies contingunt, vel contingere possunt, ut si quis feram occideret putans invincibiliter esse hominem, aut laicum putans esse Sacerdotem, utriusque namque peccatum tam grave foret, ac si is revera hominem occidisset, hic sacerdotem, & ille homicidium, hic sacrilegium committeret affectu, quamvis non effectû, sicque utrumque peccatum non minorem penam mereretur, quam si in priori casu homo occisus fuisset, in secundo sacerdos, licet censuram occisioni sacerdotis annexam non incurreret, hæc namque dependet ab effectû actu secuto, & ab occisione sacerdotis, non formaliter tantum, sed etiam materialiter. Idem ergo dicendum in præsentî, unde peccata illa adulterii & homicidii dum Deus putaretur esse, quamvis per impossibile non esset, mererentur penam æternam; si quis verò hæc etiam in prædicto casu fingeret esse impossibilem, dicendum hæc peccata mereri penam æternam quantum est ex se, quamvis peccans ab eâ per accidens excusetur, cum in eo casu non foret qui eum ad infernum detruderet.

Gravis ali-quod peccatum committi possit affectu, quòd non committitur effectû.

Qua ratione peccata illa mererentur penam æternam.

XIV.

Si quis hominem plebeium percussisset, nec facinus istud censetur tantâ penâ dignum, ac vera percussio Regis, ergo quod quis existimet esse Deum, si tamen verè non esset, peccatum ejus non esset tantæ gravitatis & malitiæ, ac modò. Respondetur negando antecedens: Non minorem quippe gravitatem in se contineret scelus illud, nec minorem mereretur penam, quam si ipsum Regem percussisset, isque eodem supplicio jure afficeretur. Quod si à Republicâ humanâ non tam

graviter punitur ille atque hic, est quia, ut bene Lugo citatus, homines non tam actum & intentionem internam curant, quam effectum externum, Deus verò actus internos, in quibus præcipuè sita est culpa, seu peccatum, punit; unde si quis habeat intentionem efficacem aliquid mali præstandi, occidendi patrem exempli gratia, effectus verò ab extrinsecò impediatur, apud Deum reus est parricidii, nec minore penâ plectetur, quam si re ipsa patrem occidisset, ab actu enim interno, non externo metienda est gravitas peccati, nisi quatenus occasione hujus malitiæ interni augetur, in quo tamen etiam casu offensa gravitas sumitur ab actu interno, ut dictum est tomo præcedente, disputatione 86. sectione quartâ, & sequentibus.

SECTIO SEPTIMA.

Argumenta quædam contententia peccatum mortale esse malitiæ simpliciter infinitæ.

OBJICITUR primò: Potius debet homo I. penas omnes & mala physica amplecti, quam unum peccatum mortale admittere, ergo cum mala hæc & pœnæ sint syncategorematicè infinita, gravitas hujus peccati est infinita. Sed contra: Hoc enim probaret peccatum etiam veniale esse malitiæ infinitæ, cum mala omnia & pœnas perferre homo potius debeat, quam vel unum veniale peccatum committere. Adde, sequi ulterius peccatum unum mortale, imò & veniale gravius esse in ratione mali, quam omnia merita Christi in ratione boni, ac proinde imparem fuisse Christi satisfactionem pro minimo peccato vel mortali, vel veniali, potius enim deberet homo velle carere unione hypostaticâ, & infinito, qui inde sequeretur, operum suorum valore, quam vel leviter peccare, si sub peccati admittendi occasione hæc ei optio daretur.

Respondetur itaque, licet verum sit, mala omnia physica & pœnas perferendas potius esse, quam peccatum etiam levissimum perpetrandum, non tamen inde sequitur hujuscemodi peccatum mala illa omnia & pœnas promereri; illam ergo solummodo pœnam condignè meretur sibi respondentem, eaque justè punitur, quæ sufficit ad homines ab hujuscemodi criminum admissione deterrendos. Et sanè si quis invincibiliter ignorans Deum, octo vel decem florenos furaretur, furtum hoc juxta multos ex adversariis esset tantum veniale, ergo nec secundum illos haberet infinitam malitiam in ratione offensa, & nihilominus magis vitandum esset, quam omnia mala physica, & pœnæ, quæ infligi possunt. Malum itaque morale, utpote aliquam semper in se continens indecentiam, magis est vitandum, quam quæcumque mala physica, in quibus nimirum nulla est moralis indecentia, quamvis alioqui gravia sint, & naturæ repugnantia.

Objicitur secundò: Peccatum mortale mereri potest privationem unionis hypostaticæ, quæ unio est infinitè bona eam habenti, cum per personalitatem & naturam divinam reddat humanitatem infinitè sanctam, ergo mereri potest pœnam infinitam, privatio siquidem boni infiniti est malum simpliciter infinitum: antecedens probatur, si Deus homini alicui vel Angelo adhuc in viâ

Humana Republica externi, Deus inter nos autem in pensatis, & intentionem respicit.

Ex eo quod omnes penas & mala physica potius sine eligenda quam peccatum mortale, non sequitur hoc ea omnia mereri.

II. Quam pœnam possidet quisquis peccatum tanquam sibi condignè respondentem.

Malum morale est indecentiam quam in se habet, semper est vitandum.

III. Objicit. Peccatum mortale meretur privationem unionis hypostaticæ, ergo meretur pœnam infinitam.

in viâ existenti diceret, si me non offenderis, dabo tibi unionem hypostaticam, hic peccando privaret se unione hypostaticâ, & consequenter esset causa in seipso mali infiniti, ergo peccatum illud habet in se malitiam infinitam. Sed contra: Hoc enim argumentum eadem ratione probaret, peccatum veniale esse malitiâ infinitâ, eadem quippe promissio fieri à Deo homini vel Angelo posset sub conditione non offenderendi eum venialiter.

IV. Respondetur itaque, gravitatem mali, quod in privatione situm est, non esse præcisè metiendam penes entitatem boni, quo quis privatur, sed penes necessitatem, quam illius quis habet ad felicitatem, ac debitum re illâ non carendi. Exempli gratia habet unus centum gradus gloriæ, alius tantum unum, huic majus malum esset unico hoc gradu gloriæ privari, quàm alteri privari omnibus præterquam uno, is enim adhuc maneret beatus, nullòque indigens, hic verò dum unico illo gradu privatur, privatur omni, sicque manet simpliciter non beatus: & idem est si quis supponatur habuisse gradus gloriæ infinitos, & omnibus, uno excepto, orbari: imo non improbabilius fortè dici posset majus malum esse formaliter homini vel Angelo privari omni visione beatificâ, quàm unione hypostaticâ, cum illa sit simpliciter necessaria ad beatitudinem, non unio: materialiter tamen & in genere entis majus malum est privari unione hypostaticâ, & universim quò res, qua orbamur est perfectior, eò malum est materialiter majus, non verò complete & formaliter, hæc namque ratio malitiæ, ut dictum est, à necessitate & debito rei, qua privamur, præcipuè est desumenda.

Ex necessitate & debito rei qua privamur, formalis ratio malitiam præcipuè est desumenda.

V. Secundò ad hoc argumentum cum Lugo, & aliis, responderi posset, privationem unionis hypostaticæ in eo casu non esse per modum pænæ peccati mortalis, sed quòd per hujusmodi peccatum homo reddatur unionis illius physicè incapax, sicut supra, Disputat. 22. sect. 4. num. 6. diximus Pontificem, si in perpetuam amentiam incideret, posse deponi, quod tamen non fit in pœnam peccati, ut constat, sed quia ex illâ infirmitate planè incapax est & indispositus ad officio illo fungendum, & regendam Ecclesiam. Unde & peccatum veniale est unionis hypostaticæ impedimentum, nec eo stante posset in humanitatem illam induci unio, & nihilominus, ut supra dixi, hoc fieri nequit per modum pænæ, nullus enim asseret peccatum veniale mereri pœnam infinitam. Sicut autem ei, qui peccaverat venialiter dari potest hujusmodi unio, ita ut per eam tollatur illud peccatum, idem dici potest de eo qui peccasset mortaliter.

VI. Objicitur tertio: Peccatum mortale meretur privationem omnis gratiæ, & visionis beatificæ possibilis, sed hæc sunt infinita, ergo earum privatio est malum infinitum, ergo peccatum mortale meretur hoc etiam nomine pœnam infinitam. Confirmatur: Homo namque per peccatum mortale indignus redditur omnibus Dei donis ac beneficiis, hæc autem sunt infinita, ergo, &c. Sed contra: Nullus censet esse infinitè malum aëri privari omni luce, nec homini omni cibo, & tamen sicut sunt possibiles infiniti gradus gratiæ & visionis, ita & lucis; & sicut dona & beneficia, ita possibiles sunt cibi infiniti. Quamvis itaque orbari omni gratiâ & gloriâ, omnibusque beneficiis sit infinitum malum materialiter, ut supra dixi in simili, non tamen formaliter, cum

nec gratia omnis, nec gloria sit ei debita aut ad beatitudinem necessaria; quemadmodum etiam omnia Dei beneficia nec necessaria cuiquam sunt, nec ei unquam conferenda; unde ob peccatum non privatur omnibus beneficiis formaliter, sed iis tantum, quæ successivè, & suo quæque tempore ei danda fuissent, idè quæ est de gradibus gratiæ & gloriæ, ac dicere omnes debent de cibo. Et eodem modo respondetur ad illud quod urgent nonnulli, gravius scilicet esse damnum privari duobus beneficiis, quàm uno, tribus quàm duobus, &c. Ergo privari omnibus est damnum infinitum: Dico enim, quicquid sit de damno materialiter infinito, formaliter certè non est majus damnum, nec lætura, quàm sint bona, auxilia & beneficia, quæ aliquando fuisset accepturus, & perinde est ac si omnia alia dona & beneficia redderentur impossibilia.

Omnia Dei beneficia nec ulli necessaria sunt nec unquam cuiquam conferenda.

Objicies quartò: Si peccatum mortale non sit malitiâ simpliciter infinitæ, nulla reddi ratio potest, cur ad condignam illius satisfactionem necessaria fuerit personæ alicujus divinæ Incarnatio, si namque illius malitia sit tantum finita, non apparet cur per plurima, aut certè omnia bona opera à puris creaturis exercita nequeat compensari. Hæc obiectio fusè soluta est supra, sectio- ne quartâ, & quintâ, ubi dixi peccatum mortale, quamvis non sit infinitum, esse tamen altioris ordinis ad satisfactionem omnis puræ creaturæ, ut ibi declaratum est.

VII. Quamvis peccatum mortale sit malitia tantum finita, nequit tamen à puris creaturis compensari.

Objicies quintò: Peccatum mortale est contristativum, imò destructivum Dei quantum est ex se, ergo est malitiâ infinitæ. Respondetur, peccatum mortale non esse vel destructivum vel contristativum Dei, utpote quem destruere nullus aut contristare potest, nec cujusquam malitia vel minimum damnum, aut detrimentum inferre.

VIII. Peccatum mortale nec est contristativum, nec destructivum Dei.

Objicies sextò: Etiam si quis re ipsa seu effectu nocere Deo nequeat, potest tamen affectu, quid enim vetat, ut quemadmodum aliquando de nonnullis audivimus, eò nimirum ipsos pervertitatis & malitiæ pervenisse, ut Deum odio haberent (quod de demonibus & damnatis omnes fatentur) imò ut nonnulla præstent quia sciunt hæc ei displicere, quid inquam vetat, ut ad tantam etiam malitiam & animi rancorem quis perveniat, ut velit quantum est ex se Deum destruere, imò in actu odii hunc affectum includi affirmant plerumque Theologi, ergo vult Deo malum infinitum, ad gravitatem quippe & malitiam actus, ut Tomo præcedente, Dissp. 96. ostendi, nihil addit actio externa, sed tota illius malitia adæquatè consistit in actu interno.

IX. Objic. Potest quis habere hunc affectum, volo Deum destruere quædam est ex se.

Contra: Hoc enim ad summum probat peccatum istud in particulari habere infinitam malitiam, in omni siquidem peccato hic affectus non includitur, ut est manifestum. Sed esto quis interdum tam sceleratus sit ac perditus, ut abominandum illum habeat affectum, quo vellet quantum est ex se destruere Deum, quemadmodum tamen actus ille, quo quis ex affectu Charitatis vellet Deo suum esse, & perfectiones omnes intrinsecas, non est infinitè bonus, ita neque actus, quo aliquis è contratio auferre à Deo vellet esse, & perfectiones intrinsecas, non esset infinitè malus. Sic etiam, ut rectè Lugo citatus cum communi Theologorum sententiâ, si quis habeat affectum dandi elemosynam infinitis pauperibus, aut voluntatem occidendi infinitos homines, neque hic actus esset infinitè malus, neque ille infinitè bonus, sed uterque in bonitate & malitiâ

X. Actus quo quis vellet destruere Deum, non est malitiâ simpliciter infinita.

Actus volendi occidere infinitos homines, non etiam est malitiâ infinita.



TOM. II.

XI.
Bonitas & malitia
alium non
sumitur ab
objectis
arithmeticis,
sed geomet-
ricis.

finitus; idem ergo dicendum de hoc actu, licet versetur circa Deum, objectum infinitum.

Ratio verò hujus fundatur in principio illo à Theologis omnibus admisso, bonitatem scilicet & malitiam actuum non desumi ab objectis arithmeticis, ita nimirum ut quo gradu objectum est perfectum, in eodem semper cum illo gradu sit actus, & objecto in bonitate aut malitià æqualis, hoc namque est apertè falsum, quantumcunque etenim daremus peccatum mortale esse infinitè malum, non tamen esset tam malum ac Deus est bonus, nullum quippe committitur mortale peccatum, quo non possit aliud committi longè illud in malitià excedens, & de facto absque omni comparatione major est malitia odii Dei, aut blasphemix, quam furti unius aurei, aut alterius similis peccati, ergo nullum est peccatum quod habeat in se tantam malitiam, quanta est bonitas Dei, hæc enim tanta est, ut nulla esse, vel cogitari major possit: & idem dici debet de bonitate actus Charitatis.

XII.
Declaratur
in quo sita
sit proportio
geometrica.

Geometrica ergo tantum proportione actus bonitatem aut malitiam hauriunt ab objectis, ita nimirum, ut quò objectum est perfectius, eò ceteris paribus actus sit perfectior aliis actibus, qui non versantur circa objectum tam perfectum, non tamen ita, ut actus ille tantum superet alios actus, quantum objectum in quod tendit superat alia objecta: qua de re fusè dictum est Tomo præcedente, disputatione decimà, sectione secundà. Quare respectu objecti infiniti dari potest actus tum in bonitate, tum malitià finitus. Hæc verò non de objecto intensivè tantum, ut ita dicam, seu entitativè perfectiore intelligenda sunt, sed etiam extensivè, quam ob causam volitio occidendi infinitos homines juxta omnes non habet malitiam infinitam. Neque hoc cuiquam mirum videri debet, objectum scilicet, quod est principium tantum extrinsecum, æqualem sibi bonitatem non refundere in actum, cum hoc videamus interdum in principiis quodammodo intrinsecis contingere, nam ut supra, disput. 38. sectione sextà, dum de augmento charitatis & gratiæ vidimus, actus intensus ut quatuor in homine habente gratiam non meretur quatuor gradus gratiæ, sed fortasse duos tantum, sicque in his etiam non servatur proportio arithmetica.

Qua hic dicimus, non de intensivè tantum objecti perfectione intelligenda sunt, sed etiam de extensivè.

SECTIO OCTAVA.

Objectio pro infinitate malitiæ peccati mortalis deducta ex dignitate personæ offensæ.

I.
Argumentum calculatorium de dignitate personæ offensæ.

OBJICITUR septimò: Quò major est dignitas personæ offensæ, & vilitas offendentis, eò major est offensæ, ergo si persona, quæ à vili offenditur sit infinitæ dignitatis, offensæ similiter erit infinita, quò enim gradu illius dignitas, eodem hujus gravitas crescit: sic in humanis contingere videmus, longè enim gravior censetur injuria facta Duci vel Comiti, quam plebeio, vel cuicumque inferioris ipsius ordinis, & multo adhuc gravior est injuria facta Regi, quam alteri in quocunque dignitatis gradu infra Regem constituto.

II.
Ex hoc argumento sequitur

Sed contra: Hoc siquidem argumentum eadem formà probaret actum Charitatis, seu amoris Dei super omnia habere bonitatem infinitam;

sicut enim offensæ ex dignitate personæ offensæ, ita bonitas actus crescit ex bonitate objecti, ergo ubi objectum est infinitum, actus, qui circa illud versatur, ex eo hauriet bonitatem infinitam, quod tamen nullus dicet. Deinde sequeretur peccatum etiam veniale habere malitiam infinitam, cum de illo eadem fieri possit gradatio, ut discurranti patebit.

Hoc itaque argumentum, sicut calculatoria omnia, est molestum, nec nisi difficulter ab eo se quis commodè expediet. Fateor igitur crescere offensam per se loquendo ex dignitate personæ, quæ offenditur, & vilitate offendentis, ut per se videtur manifestum, idemque expressè tradit Aristoteles libro quinto Ethicorum, capite quinto, ut supra vidimus in fine Sectionis quintæ. Hæc verò esto ita se habeant, non tamen eodem modo crescit injuria, ut adæquet personam offensam arithmeticè, seu quòd malitia & gravitas delicti tanta sit, quanta dignitas personæ: quare, ut rectè Suarez hic, disp. 4. sect. 7. §. Atque hæc sententia, plus superat Deus angelum, quam injuria Dei injuriam angeli. Solum ergo probat hæc argumentatio peccatum mortale, utpote offensam Dei, esse in superiore ordine ad offensam ullius creaturæ, præcisè ut offensæ creaturæ est, ob summam Dei à creaturâ distantiam, & ob hanc causam etiam inter creaturas fieri possit compensatio, ut si quis inferioris sortis homo Ducem aut Comitem graviter offenderit, tot ei obsequia offerre queat, præsertim si pro illius vitæ tuendâ vitæ se periculo exponat, ut offensæ remissionem mereatur, pro injuriâ tamen Deo factâ, æqualis nunquam fieri potest compensatio, ut latè ostensum est supra, Sectione quartâ, & quintâ.

Hic itaque reperitur proportio, non arithmetica, sed geometrica, de quâ fusius dictum est Sectione præcedente, numero 11. & 12. quòd nimirum, quemadmodum persona offensæ alias omnes personas in dignitate superat, ita ejus offensæ per se loquendo superat omnes alias offensas; non tamen ita, ut quo gradu persona superat personam, eodem offensæ superet offensam, ut cum Suario diximus numero præcedente de injuriâ factâ Deo & angelo. Videatur sectio secunda Disputationis decimæ Tomi præcedentis, ubi ad similem argumentationem de excessu visionis objecti infiniti respectu visionis objectorum perfectionis tantum finitæ latè respondi. Ratio autem horum omnium est, quia Deus per modum tantum objecti ad hos actus concurrat, objectum autem cum extrinsecè solum concurrat, non communicat actui totam suam perfectionem, nec cum reddit sibi æqualem, sed cum proportione tantum geometricâ, modo jam explicato.

Dicit tamen aliquis, offensæ Dei infinitis gradibus superat offensam angelo vel homini factam, ergo est infinita, quòd enim infinities excedit finitum, est infinitum; sic enim si daretur virga aënea, vel linea, quæ infinities in longitudine excederet lineam unius palmi, esset secundum omnes infinita. Antecedens itaque probatur: Possibiles sunt infinitæ creaturæ rationales homine perfectiores, sicut ergo injuria facta homini habet gravitatem verbi causa ut unum, injuria facta creaturæ homini immediatè perfectiori habebit majorem gravitatem, & sic in infinitum, ergo injuria facta Deo, quæ alias omnes injurias incomparabiliter superat, erit infinita.

Sed

III.
Quamvis ex persona offensæ dignitate & vilitate offendentis augetur malitia peccati, non tamen ita, ut tanta in peccato sit gravitas, quanta dignitas in persona, qua per illud offenditur.

IV.
Sicut persona superat omnes alias personas, ita ejus offensæ superat omnes alias offensas.

Deus per modum tantum objecti, & extrinsecè ad alios concurrat.

V.
Obicitur offensam Dei infinities superare offensam homini alieni, vel angelo factam.

VI. Sed contra: Ex hoc siquidem argumentandi modo sequitur cedrum, hominem, & aliquem ex supremis Angelis habere perfectionem infinitam, nam inter urticam & cedrum infinitæ plantæ & arbores sese gradatim in perfectione excedentes, inter ranam & hominem infinitæ animalium species, denique inter unum ex infimis & supremis Angelis infiniti Angeli inæqualis perfectionis sunt possibiles, ergo hic Angelus est infinitæ perfectionis, quod tamen apud omnes est evidenter falsum.

VII. Quemadmodum ergo in homine & Angelo dicitur, licet infinitas rerum tum inanimatarum, tum animatarum species superent, non tamen habere perfectionem infinitam, sed illas ideo excedere, non quod earum perfectiones in se formaliter contineant, sed quia prædicatum ali- quod heterogeneum in se continent, per quod nobile prædicatum in altiore ordine constituti, prædicata omnia rerum inferiorum excedunt, quæ etsi extensivè hominem aut Angelum superent, intensivè tamen ab eis superantur. Videatur disputatio illa decima tomii præcedentis, supra numero quarto citata, ubi hæc fusiùs discussa sunt.

VIII. Quod de homine & Angelo dixi respectu specierum sibi inferiorum, idem de offensâ Dei respectu aliarum offensarum, etiam infinitarum dicendum, per prædicatum scilicet altioris ordinis illas omnes superare, earum nihilominus prædicata in se formaliter non continet. Et in hoc maxima est in quantitate molis & virtutis differentia, quæ enim consistunt in quantitate molis, linea scilicet illa, quæ posita est numero quinto, augentur per partes, palmos exempli gratia, quos in se formaliter continent, unde nil mirum si hæc linea sit infinita, cum formaliter constet ex palmis infinitis. At verò homo & Angelus non continent in se formaliter specierum sibi inferiorum perfectiones, sed per prædicatum altioris ordinis eas excedunt: quod etiam, ut diximus, verum est in offensâ Dei respectu aliarum offensarum, quantumvis sint infinita.

SECTIONONA.

Argumentum de merito pœnæ æternæ non probat peccatum mortale habere malitiam infinitam.

I. **O**BJICITUR octavò: Peccatum mortale meretur pœnam simpliciter infinitam, ergo illius malitia est infinita, consequentia videtur clara, antecedens probatur, meretur enim pœnam æternam, sicut autem pœna duarum horarum est major quàm unius, trium quàm duarum, & sic deinceps, ita pœna æternam durans erit infinita, ergo malitia peccati mortalis, quæ hanc pœnam meretur, erit similiter infinita. Sed contra: Hoc enim probaret opera nostra habere bonitatem infinitam; eodem enim planè modo formo argumentum, actus bonus supernaturalis meretur vitam æternam, seu visionem Dei semper duraturam, sed visio durans per duas horas præstantior est, quàm visio durans per unam tantum, & durans per tres præstantior quàm per duas, ergo visio durans in æternum est quid infinitum; cum ergo juxta Tridentinum, opus ali- quod bonum supernaturale mereatur vitam æter-

R. P. Comptoni Theol. Scholast. Tom. II.

nam, hocque conformius multo sit communi Patrum, & Theologorum loquendi modo, sequeretur opera nostra esse valoris simpliciter infiniti, quod tamen nullus dicit, sed actus nostros bonos aiunt esse meriti tantummodo finiti: sicut ergo ex merito æterni præmii non arguitur in actu infinita bonitas, ita nec ex merito vel potius demerito pœnæ æternæ in actu malo arguitur malitia infinita.

Hinc itaque clarè constat, non sequi ex eo, quod peccatum mortale mereatur pœnam æternam, seu in duratione infinitam, illud habere malitiam infinitam simpliciter, sed secundum quid tantum, seu esse altioris ordinis ad omnes offensas personarum creaturarum, & consequenter per nullam satisfactionem puræ creaturæ quantumcunque sanctæ posse compensari juxta communem Sanctorum Patrum doctrinam, supra Sectione quartâ traditam; quam ob causam loco citato diximus, injuriam in bonis superioris ordinis factam, vitâ scilicet & famâ non posse per bona inferioris ordinis, pecuniâ nimirum & similibus, quantumcunque multiplicentur, compensari, sicuti nec merita, seu bona opera mere naturalia, etiam si velis infinita, æquipollere possunt uni operi meritorio supernaturali, nec præmii supernaturalis mereri, propter distantiam scilicet ordinis.

Dices: Peccatum mortale, uti diximus, meretur pœnam in duratione infinitam, ergo & infinitam in intensione, in æstimatione quippe mortali quid gravius est cruciatus illos ac dolores quos damnati patiuntur, in æternum tolerare, quàm pœnam infinitè intensam per horam, sed hæc est simpliciter infinita, ergo peccatum mortale meretur pœnam simpliciter infinitam, peccatum siquidem est causa, pœna effectus, effectus autem infinitus procedere nequit à causâ finita, ergo peccatum mortale habet in se malitiam infinitam. Sed contra: Hoc namque argumentum eadem ratione probaret actus nostros omnes meritorios habere bonitatem similiter infinitam, sicut enim mortale peccatum pœnam, ita quodvis opus bonum supernaturale hominis in gratiâ existentis meretur præmii, seu gloriam æternam duraturam, ergo si hoc argumentum quidquam probet, probat etiam eos mereri gloriam infinitè intensam, quemadmodum etenim pœna quoad durationem æterna, censetur in morali æstimatione major pœnâ infinitè intensâ durante tantum per horam, ita & gloria æternam duratura major est gloriâ infinitè intensâ, quæ durat tantummodo per horam.

Hinc itaque inferitur argumenti de merito pœnæ infinitè intensæ solutio; certum namque est, actum bonum supernaturalem non mereri gloriam infinitè intensam, Sancti namque in cælo non habent gloriam intensam infinitè, quam tamen haberent, si actus eorum in gratiâ elicitam hic fuissent promeriti, Deus siquidem non præmiat citra, sed ultra condignum, ergo plus dat, non minus, quàm bona opera postulant; eodem ergo modo peccatum mortale non meretur pœnam infinitè intensam, cum quoad hoc pari passu procedant actus mortaliter mali respectu pœnæ, & actus boni supernaturales meritorii respectu præmii.

Mortale itaque peccatum non meretur pœnam infinitè intensam, meretur tamen pœnam æternam, quia, ut docet Sanctus Augustinus libro primo de Fide contra Manich. cap. 19. Deus

Z 2

II. Meritum pœnæ æternæ non arguit malitiam infinitam simpliciter sed solum secundum quid.

III. Dices: Sequitur peccatum mortale mereri pœnam infinitè intensam.

IV. Si opera nostra merentur gloriam infinitè intensam, Deus de facto illâ daret cum non præmiat citra, sed ultra condignum.

V. Cur peccatum mortale hæc

sub

Tom. II.

non meretur poenam infinite intentam, meretur nihilominus aeternam.

Merito poena mortis infligitur pro furto.

VI.

Quare Deus omne peccatum mortale prohibet sub poena aeterna.

Ratio à D. Thoma & Gregorio allata.

VII.

A priori ostenditur cur peccatum mortale mereatur poenam in aeternum duraturam.

Pœna aeterna maximè est natura rationali ob peccatum mortale proportionata.

VIII.

Ex eo quod unum mortale quid gravius sit quàm infinita venialia non sequitur illud habere

sub hac poenâ peccatum mortale prohibuit, quisquis verò rem aliquam sub certâ poenâ interdicitam præstat, eidem poenæ se reddit obnoxium, juræque merito illi infligitur, hoc enim & inter homines in omni benè institutâ Republicâ cernimus, nec quisquam factam sibi injuriam existimat, si gravi supplicio afficiatur ob facinus admissum, quod sub ejusmodi supplicio fuit prohibitum. Sic ob furtum unius aurei, imo apud nonnullas nationes ob multo minorem summam, homines morti adjudicari, & è medio tolli videmus, longè tamen levius secundum se videtur hoc furtum, quàm damnum personæ illi, qui rem hanc abstulit, illatum, mors namque poenarum omnium est gravissima, utpote quæ hominem bonis omnibus privat: merito nihilominus taxatur & infligitur hæc poena ad rectam administrationem Republicæ, & alios ab hujusmodi facinoribus coercendos.

Idem ergo in præsentia facit Deus, peccata quippe omnia mortalia sub poenâ aeternâ prohibet, utpote maximè iis proportionatâ, & ad homines ab eorum admissione compescendos aptissimâ: unde quisquis in hujusmodi peccatum prolabitur, ultro sese huic poenæ reddit obnoxium, cum peccando eam elegerit, utpote cum illo peccato infallibiliter connexam. Deinde, ut ait idem S. Augustinus Epistolâ 49. quæst. 4. qui mortaliter peccat, veram aeternam vitam contemnit, ac proinde meritò illâ in aeternum privatur. Præterea, inquit S. Thomas, quisquis peccatum mortale committit, vitæ spiritualis in se principium destruit, quam ob causam meretur aeternam mortem: quâ etiam ratione ad hoc ipsum probandum utitur S. Gregorius libro 4. Dialogorum, cap. 44.

Tandem ratio à priori cur peccatum mortale non mereatur poenam infinite intentam determinato tempore duraturam, sed finitâ intentionis in aeternum permanens, defumitur ex ipsâ naturâ hominis, qui, utpote immortalis quoad animam, petit post hujus vitæ cursum esse in termino, vel felicitatis, si in virtutis exercitatione ad mortem usque persistat, & in gratiâ decedat, vel miseræ, si gravi aliquo scelere se obstringens, illius remissionem ante obitum non obtineat. Pœna itaque aeterna est naturæ rationali maximè proportionata, quam proinde S. Thomas vocat poenam exterminantem: unde si poneremus quempiam ob peccatum mortale pati ad tempus poenam infinite intentam, quamvis hæc poena gravior esset quàm is pro illo tempore mereretur, non tamen esset poena naturæ ejus proportionata, seu exterminans: quemadmodum actus nostri boni non merentur de condigno visionem temporalem, nec per eam illis satisfaceret, etiamsi fingamus dari visionem infinite intentam, visio siquidem, quæ est præmium meritorum, datur per modum beatitudinis, de conceptu autem beatitudinis, ut cum Divo Thoma 1. 2. quæst. 5. a. 4. docent passim Theologi, est perpetuitas, unde nulla visio est meritis nostris propria & proportionata, si non sit perpetua.

Dices: Peccatum mortale est quid gravius, quàm infinita venialia, sed hæc merentur poenam infinitam, ergo à fortiori eam meretur peccatum mortale, ac proinde habet malitiam infinitam. Respondetur, infinita venialia mereri quidem majorem poenam sensibilem pro certo aliquo tempore, quàm meretur unum mortale, hoc tamen, cum privet gratiâ, quod non faciunt

peccata venialia, punitur insuper poenâ damni, malitiam seu privationem visionis beatificæ, & præterea poenâ sensibili aeternum duraturâ, poena enim aeterna, uti diximus, est illi proportionata, utpote exterminans, & creaturæ immortalis in termino constitutæ debita, unde nulla finiti temporis poena, etiam si velis infinite intentâ, illud expiare potest, quamvis excedat ejus demeritum, cum non poenam infinite intentam, ut sibi debitam & proportionatam poscat, sed in infinitum duraturam, ut superius est declaratum. Hinc nihilominus non sequitur peccatum mortale habere malitiam seu gravitatem infinitam, ex eo scilicet quòd superet infinita venialia, magis quàm hominem habere perfectionem infinitam ex eo quòd superet infinita animalia, aut actum supernaturalem, quòd in perfectione excedat infinitos actus naturales, ad hoc namque sufficit rem aliquam habere prædicatum heterogeneum altioris ordinis, per quod in superiore rerum serie constituitur, ut ostensum est Sectione præcedente, præcipuè numero sexto & septimo, & fufius tomo præcedente, Disputatione decimâ, Sectione secundâ.

Concludo itaque cum S. Thoma supra citato, peccatum mortale habere malitiam, non simpliciter, sed secundum quid infinitam, quam ex offensione Dei, dignitatis simpliciter infinitæ contrahit, ut in superioribus ostensum est: hoc autem sufficit, ut mereatur poenam finitam, aeternum duraturam, hæc namque similiter est poena, non simpliciter, sed secundum quid infinita; illam verò juxta jam dicta, peccatum mortale peculiariter exigit, quia est poena exterminans, & propria creaturæ rationali in termino constituta. Adde ulterius, etiamsi poena in aeternum permanens, esset hoc nomine simpliciter infinita, inde tamen non sequi peccatum, quod illud meretur, habere malitiam infinitam, quemadmodum, ut initio sectionis diximus, quamvis actus nostri supernaturales mereantur visionem beatificam aeternum duraturam, non tamen sunt, ut omnes concedunt, in bonitate infiniti.

Ad hoc ergo ut peccatum mortale mereatur poenam aeternam sufficit, quod sit superioris ordinis, ut jam sæpius declaratum est, sicut quia fama est bonum ordinis superioris, si laudatur, nullâ multâ pecuniariâ compensari potest. Ex quo etiam habetur per nullâ bona opera puræ creaturæ posse pro illo satisfieri; quamvis namque mereantur beatitudinem aeternam, longè tamen inferiore modo eam merentur, quàm peccatum mereatur aeternam poenam, unde enim peccatum crescit, ex dignitate scilicet personæ offensæ, & vilitate offensentis, infinite à Deo distantis, inde merita decrescunt, & inferioritatem ordinis accipiunt. Quare peccatum quodcumque mortale est superioris ordinis ad merita puræ creaturæ, & consequenter satisfacere pro illo nequeunt, magis quàm pecunia, ut proxime diximus, pro læsione famæ, aut actus naturales mereri possunt præmium supernaturale. Deinde, cum Deus ob infinitam suam bonitatem sit summè amabilis, & infinite etiam dignus, ut odio non habeatur, longè minus boni facere videtur is, qui cum amat, quàm mali qui illum odit. Sicut in humanis, si quis amicum aliquem, qui plurima in eum contulisset beneficia odio haberet, & gravi injuriâ afficeret, multo plus in genere mali omnium judicio faceret, quàm boni cum amando, eum amos illi sit quodammodo debitus;

malitiam infinitam.

Nulla finiti temporis poena, quantumvis infinite intentâ expiare potest peccatum mortale.

IX.

Ad hoc ut peccatum mortale mereatur poenam sempiternam duraturam sufficit quòd sit superioris ordinis.

Quia poena, quæ aeterna, sit infinita.

X.

Peccatum mortale est etiam superioris ordinis ad omnia pura creatura merita.

Vnde peccati mortalis gravitas crescit, meritorum vero decrescit.

Res hæc declaratur exemplo ab humanis de sumptis.

debitus; idem à fortiore, idque absque omni comparatione est in presenti.

XI.
Quaratione
hic nodus
quibusdam
videtur
solvi posse.

Hæc, ut existimo, satis ostendunt, non sequi peccatum mortale, ex eo quòd mereatur pœnam in æternum duraturam, habere malitiam infinitam: & præterea probant omnem satisfactionem puræ creaturæ esse illius destructioni imparem, sicque ad illud tollendum necessarium fuisse opus aliquod theandricum, ac divinæ alicujus Personæ Incarnationem. Si tamen quis diceret, quod insinuat Suarez Disp. 7. de peccatis, sect. 3. n. 11. peccatum scilicet mortale, in actu primo mereri omnem pœnam possibilem, ait enim Deum pro peccato mortali posse præfigere & imponere ma-

jorem & majorem pœnam in infinitum: idem asserere videtur Tannerus hic, Disp. 1. quæst. 2. dub. 10. num. 333. & ut supra, sect. 5. dixi, hoc etiam docere videtur S. Athanasius in Evangelio de Passione & Cruce Domini, apud Vasquez Tomo 1. in 3. partem, Disput. 4. cap. 3. Sancti Athanasii verba citavi supra, sect. quinta circa finem, idemque affirmarunt nonnulli recentiores: Hoc, inquam, si diceretur, multo clarius ostendi posset cur nulla opera puræ creaturæ pro peccato mortali satisfacere possint, aut illius remissionem mereri; ad prædicti tamen argumenti solutionem non est opus huc recurrere.

Nonnulli ex
Theologis in-
sinuant pec-
catum mor-
tale in actu
primo mere-
ri omnem
pœnam pos-
sibilem.

DISPUTATIO QUADRAGESIMA S E X T A.

De motivo divinæ voluntatis in opere Incarnationis.

PATRES, ut summam divini Numinis in humanum genus benignitatem & clarius cognoscerent ipsi, & nobis manifestiorem redderent, causam qua infinita illa bonitas mota est ut tantum in nos beneficium, quale est divini Verbi Incarnatio, conferret, accuratissimè inquirunt. Nos ergo eorum vestigiis insistentes quanquam in eximio hoc opere Dei fuerit intentio perscrutabimur, & cum videamus effectum, investigabimus affectum. In hoc autem præcipuè versatur quæstio, utrum scilicet ita dependenter à lapsu Adami decreverit Deus Incarnationem Verbi divini, ut illo deficiente, perfectum hoc mysterium non fuisset, & Deus non esset homo nisi peccasset homo. Acris est hac in parte disceptatio inter Thomistarum & Schotistarum scholam. Rem sequentibus Sectionibus definiemus.

SECTIO PRIM A.

*Vtrum si Adamus non peccasset, Ver-
bum divinum humanam
carnem assumpsisset.*

I.
Tres hæc in
parte diversæ
sunt proce-
dendi modi.



N varias hac in re divisi sunt sententias Theologi, summæque inter se contentione decertant, ac negativam alii, alii affirmativam, mediam alii partem acerrimè propugnant: singulorum placita referam, & quid demum probabilius mihi, veròque similis in hac controversia videatur aperiam, remque totam, ea quæ

R. P. Comptoni Theol. Schol. Tom. II.

poterò, materiæque gravitas patitur, brevitate percurram.

Quæstio autem procedit ex vi præcedentis decreti, Utrum nimirum dependenter à lapsu hominis Incarnationem filii sui decreverit Deus, an enim ex vi alterius voluntatis fuisset venturus nec ne, nos omnino latet, ipsique soli notum est, sicut si hos cælos, aut Angelos non creavisset, utrum creavisset alios: tota verò hæc controversia ex Scripturâ sacrâ, & Patribus est dirimenda.

Notandum primò: Licet Deus unico indivisibili actu realiter res omnes velit, secundum diversum tamen ordinem, qui inter res creatas prout à divinâ voluntate pendent, cernitur,

Z 3

II.

Quæstio procedit de Incarnatione ex vi præsentis decreti, sicut resolutio ex divinis Literis est designanda.

III.

Eadè voluntate Dei realiter, diversa habet significationem.

diversa